



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

De gratia Christi Salvatoris Liber III. Qui est de gratia sufficienti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS.

DE

GRATIA CHRISTI
SALVATORIS

LIBER TERTIVS.

Qui est de gratia sufficienti.

CAPVT PRIMVM.

Tangitur natura adutorij sufficientis, & ostenditur nullum dari post lapsum quin simul efficax sit. Hoc enim repugnat multis principijs Augustini & Ecclesiæ.



VA. hæcenus de medicinali Salvatoris adutorio tum asserendo, tum objectiones ex ipso sancto Augustino petitas dissolvendo disseruimus, quo captiuum arbitrium à concupiscentiæ seruitute

liberatur, & ut bonū velit & agat adiuuatur, ad oculum nisi fallor ostendunt, quantoperè à tramite veritatis aberraverint, qui magis ex principijs Philosophorum quam Augustini aut Ecclesiæ, concursus Dei generalem, vel habitus virtutum, vel etiam gratiam, quam sufficientem dicunt, pro vero Christi adutorio protulerunt. Et quidem de duobus primis adutorij generibus, facile credo, mihi consentiet quisquis vel à limine lucubrationes Augustini, & Conciliorum doctrinam salutaverit. De postremo maior videtur esse difficultas. Nam per istam duplicis adutorij distinctionem quo sic actio, & sine quo non fit, ostendi videtur, gratiam sufficientem, non solum non esse Christi Salvatoris gratiā, sed etiam totum istud adutorij genus ita radicatus eueli, ut humana voluntas concupiscentiæ morbo laesa & infirmata, nihil omnino bonicum eo velle vel operari possit.

Sed illud ipsum est, quod istam adutorij medicinalis naturam attentius ponderantes non mediocriter perturbat. Videtur enim sanæ doctrinæ repugnare quod nullum nunc detur hominibus adutorium, quo possint credere, orare, diligere, Dei que præcepta facere, qui illa vel negligendo vel spernendo prævaricantur. Nam undè iudicandi sunt si non acceperunt, legem Dei custodire posse, si velint? Vt quid eos monemus, suademus, hortamur, præcipimus, minamur, ac per-

nis plectimus, si non datur eis, qui non faciunt, adutorium quo & velle facere legem Dei, & re quoque ipsa adimplere sufficienti? Hæc per se gravia esse, docendi que consuetudine facta esse graviora, non disiteor. Verumtamen quia mihi in hoc opere propositum est, non tam ex meo sensu patefacere, quid ex parte rei de diuina gratiæ adutorio statuendum sit, quam quid statuerit Augustinus, atque ejus veram genuinamque sententiam, eruditorum oculis exponere, nullis difficultatibus territus, porro peragendum esse censeo. Eruet, spero, Augustinus ipse ac Deus cuius causam doctissimus pariter sanctissimusque Præsul egit, profunda de tenebris & aspera faciet, quantum rei perplexæ natura sinit, in vias planas: ut neq; eruditione sua profundissimā, neq; pietate Ecclesiæ sacratissimā, neque iustitiā Dei itreprehensibili, quicquam indignum docuisse videatur.

Quapropter sufficientem illam gratiam, quam Scholastici multi in Theologiam velut adutorium Salvatoris intulerunt, ab Augustino destructam, funditusque everfam esse, libens fateor. Hoc enim principia hæcenus ex eo tradita, cum quibus illa gratia subsistere nullo pacto potest, perspicuè probant. vocamus autem illam sufficientem gratiam, seu sufficiens adutorium, præter quod nihil aliud ex parte Dei per modum principii necessarium est, ut homo velit aut operetur. Sic enim à multis recentioribus & vulgo ferè accipi solet. Quod si verò sic accipiatur ut sufficiens dicatur, sicut à quibusdam dicitur, quod facis est, ut homo dicatur posse operari, quamvis aliud adhuc necessarium sit ut de facto operetur, de huiusmodi sufficienti gratia, non est hinc nostra controversia. Tale enim sufficientem fortasse non difficul-

ter S. Aug. admitteret, quamvis esse veram illam Christi gratiam, de qua questio est, pernegaret. Nullum igitur jam dari hominibus lapsis adjutorium sufficiens juxta primum sensum, quin sit simul efficax in Augustini principiis exploratum est. Viderunt hoc etiam tradideruntque non pauci recentiores, & in primis a Didacus Alvarez, b Cumel, c Navarrete, d Sylvius, demique omnes illi Doctores qui tenent præter adjutorium sufficiens, quod dat nudum posse, necessarium esse aliud auxilium efficax, quo Deus efficiat ut actualiter operetur. Hoc ipso enim aperte sentiunt, nullum dari adjutorium ita sufficiens, ut nihil aliud ex parte Dei ad actum operandum requiratur, quin sit simul efficax. Sed omnium apertissime hoc tanquam S. Augustini doctrinam docuerunt duæ celebres Facultates Sacræ Theol. Lovanienſis ac Duacensis; quando judicii sui censuram adversus propositiones quasdam sibi oblatas protulerunt. Nam Lovanienſis in Censura propositionis 14. sic loquitur: Cum certum sit non præstari a Deo huiusmodi hominibus (induratis) gratiam, quæ cor lapideum & cæcitatem auferat, manifestum est, eos non habere sufficiens auxilium, ut convertantur, cum sine iam dicta gratia, nullum eis auxilium sufficiat, siue illa exterior sit, etiam cum miraculis prædicatio, siue interior per Spiritum timoris concitatio, aut velleitatis etiam cuiusdam inspiratio. Et in apologia Censuræ suæ multis argumentis ex professo improbat, id quod ab aliis dictum fuerat: Fieri posse & de facto sepe fieri, ut quis auxilium habeat præveniens omnino sufficiens in genere auxilii præveniens ad conversionem, & tamen non convertatur, quia non vult. De qua propositione subiiciunt generaliter: Hoc est, quod iterum nobis non probari restamus, negamusque doctrinam Augustini consentaneam. Probantque sententiam suam sex argumentis, & ad singula concludunt sequi, non esse gratiam sufficienter præparantem nisi in eo qui actu credit, convertitur aut operatur. Facultas verò Duacensis in eandem propositionum censura, tradit eandem doctrinam disertissime & multis locis. Nam in primis in censura propositionis secunda, cum definiſſet auxilium sufficiens illud esse, præter quod ex parte Dei non est aliud necessarium, mox diversis modis ostendit, non aliud esse sufficiens, nisi quo re ipsa cor frangitur & convertitur. Dicunt enim in eodem loco, quod nec illi quibus Evangelium prædicatur, credere possunt, nisi Deus cor eorum aperiat ut prædicatione intendatur: Dicunt id quod Augustinus protulit, infertabilis esse iudicium Dei, quod huic detur gratia, illi non detur, eum hoc haud dubie intelligere de auxilio ex parte Dei ad salutem necessario; cum tamen loquatur de solo auxilio efficaci. Dicunt in Censura propositionis 14. quæ tradetur induratis & excæcatis habere sufficiens auxilium ex parte Dei ut convertantur, reiſcindenda esse penitus istam assertionem. Nam neque induratis converti potest, nisi per gratiam auferentem cor lapideum, & tribuentem cor carneum, quam utique quando induratum est, non habet, neque excæcatis potest aspicere

lumen veritatis, nisi per gratiam tenebras eius illuminantem, & velamen de corde eius auferentem, quam similiter quando excæcatus est, non habet. Neque infidelis quisquam potest credere, nisi per gratiam quæ cor eius ex infidelitate ad fidem mutetur &c. Et in Censura propositionis 15. Non est negandum quin possint converti ad Deum omnes peccatores durante hac vita, sed simul quoque fatendum est, nullum peccatorem converti posse, nisi per specialem Dei gratiam, seu speciale auxilium quo voluntas eius in bonum mutetur, quod auxilium non habet nisi cum actu convertitur. Viraque verò Facultas doctrinam suam tanquam S. Aug. principiis, quorum peritissima fuerunt, maxime consentaneam tueretur, & ex professo probat. Unde Duacensis ad propositionem 8. ita loquitur: Sententia hæc quatenus dicit per auxilium præveniens acceptum in actu secundo, id est, gratiam excitantem posse peccatorem converti, ita ut ad actuale eius conversionem non sit necessaria singularis illa gratia Dei cooperatio, quæ ex nolente volens, ex averso conversus, & ex malo bonus efficiatur, tam Scripturis quam B. Augustini doctrinæ repugnat. Quid, quod nec ipse D. Thom. aut ullus antiquorum Patrum inter ipsum & Augustinum, vel ullus veterum Scholasticorum istius gratiæ sufficientis meminere. Dixit quidem aliquando S. Thomas redemptionem sufficientem, sed hoc multum à gratia sufficiente discrepat. Dixit etiam, quod aliquam habeamus sufficientem, sed hoc ad istam controversiam dicimèdam neutiquam sufficit. Nam & gratia Christi ab Aug. prædicata sufficientiam donat, non ab actu tamen disionctam, sed quem vitrici potestate largitur. Per istam enim homo verè sufficit: Tunc enim ut le debet posse cum volumus, & tunc utile est velle cum possumus, inquit S. Doctor. Nam verè Christi gratia est talis, ut quem admodum Saluator mundi dicit: Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me. Qui ergo non venit non de illo rectè dicitur, audivit quidem & didicit sibi esse venientem, sed facere non vult quod didicit. Prorsus non rectè dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet Deus. Dum igitur facit gratia Christi ut omnis qui audivit ac didicit veniat profectò satis ostenditur & possibilitati profectus, & voluntatis affectus, & actionis effectus. Tale igitur sufficientiam omnino agnoscit August. agnoscit Scriptura, sed illa non est quam quarimus, nisi ita à sua natura degeneret, ut & ab actionis effectu, & à voluntatis affectu, & à possibilitatis profectu separetur, & solâ sterili & inutili perniciosâ potestate superbi sibi blandiantur. Nam quid prodest, si quod non possumus volumus, aut si quod possumus nolumus. Et quidem talem sufficientem gratiam Augustino, repugnare, non est difficile advertere, si quis principiorum eius meminere, quibus tanquam cardinibus tota ejus doctrina vertitur.

Nam primò, tale adjutorium non est aliud quam adjutorium sine quo non sit opus, nequam verò adjutorium quo, ac proinde est adjutorium sanæ voluntatis seu primi hominis, non ægrotæ: supponit enim robustâ esse naturamque

a Alvarez l. 8. de anxio disp. 79. n. 2.
b Cumel disp. pot. variat. ad 1. part. & 1. 2. disp. pot. 4. sect. 3. conclus. 1.
c Navarrete controver. 19. ad quest. 19. prima parte.
d Sylvius in 1. 2. q. 111. questio 3. conclus. 3.

Facultas Sacra Theologia Lovanienſis Propos. 14.
Facultas Sacra Theologia Duacensis in censura Assert. 2.

Facultas Sacra Theologia Lovanienſis in censura Assert. 2.

In Censura Assert. 15.

Docetis in Cens. Aug. 8.

Epist. ad Corin. 1. 10.

Lib. 1. de op. 11.

Lib. 1. de op. 11.

Lib. 1. de op. 11.

Lib. 1. de op. 11.

Lib. 1. de op. 11.

natamque voluntatem, atque ita profus inu-
nitur. le est hominibus post lapsum suum; quæ latius
in precedentibus declarata sunt:

Secundò, est tantum adiutorium possibilitatis,
non voluntatis, & a frionis dat enim homini possit si
velit non velle quod possit; ac prout est Pe-
lagianicum adiutorium, non Christi Salvato-
ris, de quo etiam superius abundè diximus.

Tertiò, quia est adiutorium, quod Massi-
lienses ad credendum necessarium esse, atque
ita sufficere statuebant, ut cum eo credere
posset homo si vellet; qui tamen tanquam hæ-
retici proscripsi sunt: non aliam sane ob cau-
sam, nisi quia tale auxilium homini sufficere
putarent, adeoque nullum aliud adiutorium
ad credendum actu ex parte Dei esse necessa-
rium; de quo etiam solius disertum est.

Quartò, quia si cum tali sufficienti adju-
torio nunc homo possit operari, consequenter
homo post lapsum possit sibi ipsi, Deo non
specialiter donante, bonas actiones ac meri-
tum dare, possit per liberum arbitrium gratiã
non donante, à lapsu surgere, in veritate sta-
re, perseverare, vitam æternam velut merce-
dem humanorum meritorum adipisci: deni-
que possit seipsum ab alijs suis voluntatis liber-
tate discernere, atque ita contra Apostolum
gloriarì dicentem, *Quis enim te discernit?*
Quid habes quod non accepisti? Nam talis gra-
tiæ adiutorium non discernit bonos à ma-
lis, sed commune est bonis & malis. Hæc
autem omnia non solum doctrinã sancti Au-
gustini, sed & Scripturis sacris adversantur:
Nihil enim, inquit Augustinus, *hinc sensus Apo-*
stoli dicentis, Quis enim te discernit &c. tam
contrarium est, quam de suis meritis sic quemquam
gloriarì, tanquam ipse sibi ea fecerit, non gratia,
Dei, sed gratia que bonos discernit malis, non
que communis est bonis & malis. Est autem per-
cipuum talem gratiam sufficientem esse commu-
nem bonis & malis. De quibus vide etiam
quæ in superioribus dicta sunt.

Quintò, quia tale adiutorium repugnat præ-
cipibus quas vel Deus Ecclesiæ suæ tradidit &
inspiravit, vel ipsa sibi à Spiritu sancto erudi-
ta formavit. Idque duplici ex capite. Nam
primò in universis ejus precibus non reperitur
ulla oratio qua filijs suis vel in filiis petat posse
si velint, sed semper ipsum velle, converti,
credere, diligere, facere præcepta, perseve-
rare & hujusmodi. Vnde si quem sciret Eccle-
sia motibus gratiæ quam vehementissimis præ-
veniri & excitari, nondum tamen reipsa velle
vel credere, vel facere, non desinret pro ipso
preces fundere, donec eum Deus reipsa con-
vertere dignaretur. Et si ex duobus aequaliter
excitatis, unus crederet, alter in incredulita-
te persisteret, peculiare ageret gratias Deo,
tanquam qui peculiari gratiã beneficio ei in-
spirasset fidem. Orat ergò Ecclesia & gratias
agit, non ut habeant, vel quod habuerint cre-
dere posse si velint, sed ipsum velle & crede-
re: *Quid ergò oramus*, inquit Augustinus, *pro no-*
stribus credere, nisi ut Deus in illis operetur & vellet?
Et iterum: *Orat pro non credentibus, quid nisi ut*
credant? Secundò tale adiutorium Ecclesiæ

precibus repugnat, quia tollit funditus fide-
lium orationes, quibus precantur sive pro alijs,
ut convertantur; sive pro seipsis ut bene vi-
vendo proficiant. Docent enim ij sem recen-
tiores hujusmodi adiutorium semper esse præ-
sens omnibus etiam induratis, vel certè, qui-
bus omnibus fides prædicatur, vel, ut alij vo-
lunt, saltem Christianis maximeque iustifica-
tis. Quod si verum est, quis non videt pro illis,
quibus sufficiens adiutorium præsto est inani-
ter preces fundi? *Nam quid stultius, quam orare,*
ut fiat is, inquit Augustinus, quod habet in po-
testate? Hoc est, quod potes facere si velis. Hoc
enim dicimur habere in potestate, quod possi-
mus facere si volumus, qui est proprius effe-
ctus gratiæ sufficientis. Dat enim posse si velis
sicut efficax, velle quod possit. Stultè igitur
hoc orat fidelis, vel pro infidelibus, quibus
jam prædicatur fides, vel pro fidelibus aut
seipsis, quibus incumbente Dei præcepto ad-
iutorium sufficiens non adimitur. Cum ergò
juxta doctrinam Romanæ sedis, legem credendi
statuit supplicandi, & supplicatio fiat per uni-
versam Ecclesiam ex ipsa Christi Domini in-
stitutione, non solum fidelium pro infidelibus,
sed etiam pro fidelibus, & maxime pro seipsis,
profectò legem credendi statuit, non solum in-
fideles sed etiam fideles illo sufficienti carere
adiutorio: ne aliqui inaniter & stultè convin-
catur orare ut faciant quod jam habent in po-
testate. Nam inde est quod Augustinus quan-
do Adamo stanti tale adiutorium adesse statue-
bat, etiam orationes pro faciendi peccata &
actione subtraxit: *Quæ illi abundantia erat, quan-*
do constitutus est homo in paradiso, quando nihil illi
deerat, quando Deo fruebatur. Et inferius: *In*
paradiso non clamabas tanquam indigus, sed lau-
dabas, non gemebas, sed fruebaris. Et quid ni cla-
mabat primus homo? Nempe, ne quando non
deerat illa gratia sufficiens, in illam incidet
stultitiam qua oraret ut haberet, aut faceret,
quod jam habebat in potestate. Quibus consi-
deratis. Nihil verius videtur, quam hujusmo-
di gratiã sufficientem, quam hominibus inhe-
rentis tantã liberalitate tribuunt recentiores esse
instrumentum aptissimum, quo extinguatur
oratio, accendatur elatio, dimittimus ne respiciat
hortatio, sicut alicubi Augustinus loquitur.
Extincta enim oratione propter illã quæ suffi-
cienter adest operandi potestatem, necesse est
in Dei adiutoris neglectum suarumque virium
confidentium incidere, quo nihil perniciosius
hominì contingere potest.

Quod si reliquas gratiæ Dei proprietates
percurrere velimus, ut quod donat homini vo-
luntatem & opus & meritum, quod efficacissi-
mè potentissimèque agit homines, cetera qua
quæ superius recensuimus, & infra nonnihil
adhuc delibatori sumus, ex omnibus liquebit,
non esse nivem calori dissimiliore, quam suffi-
cientem illam gratiam veræ gratiæ quam Au-
gustinus tradidit: ut alterutrum profectò ne-
cessarium sit, vel quod eam nunquam post lap-
sum hominis agnovit, vel quod eam à medi-
cinali adiutorii limitibus, quod per cru-
cem suam Salvator dedit, excluderet.



CAPVT SECVNDVM.

Adiutorium purè sufficiens ad gratiam naturæ pertinet: Lapforum reparationi inutile & perniciosum. In quo sita sit læsio liberi arbitrij.

VIDIT enim perspicaciter, adiutorium sufficiens, præcipue prout à recentioribus explicari solet, non tam ad gratiam, quæ propriè nunc gratia vocatur, quam ad naturam pertinere, quamvis & natura sit quædam gratia. Quid enim magis ad naturam pertinet, juxta principia recentiorum, quam quod ita natura confertum arteque junctum est, ut ei auferri non possit, quin libertas naturalis creaturæ rationalis auferatur? Confidenter enim aliqui pronuntiant, quod Deus non solum neminem destituit auxilio sufficiens & necessario, cum quo integra maneat voluntatis libertas, sed neque possit illud auferre, quoties ratio non perturbatur & sufficienter auerit. Nam si alterum horum contingat, nec libera manet moraliter, nec culpa illi imputatur. Cum quo non pauci Scholastici consentiunt. Putant enim communiter non posse sufficiens adiutorium subtrahi, nisi ve-

V. sig. 1. p. dispus. 97.

Vide Læsum de præc. sect. 6. n. 66. Franciscus Suarez lib. 3. de Caus. c. 11. num. 8. & alios.

Lib. de Corr. & grat. c. 11

himus dicere actum securum non esse peccatum, vel Deum jubere impossibilia, vel nos peccare in eo quod præstare non possumus. Vidit igitur Augustinus hujusmodi auxilium potius ad naturæ rationalis institutionem, quam ad reparationis gratiam esse referendum. Unde etiam de Angelis & primis hominibus fere simili consideratione dixit: Si autem hoc adiutorium (cum quo possent perseverare si vellent) vel Angelis vel homini, cum primum facti sunt desisset, quomodo non talis natura facta erat ut sine divino adiutorio posset manere si vellent, non utique sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe desisset, siue quo manere non possent. Hoc autem esse auxilium sufficiens, ex ipso nomine manifestum est. Quid est enim adiutorium cum quo quis possit permanere si velit, nisi id cum quo sufficit permanere si velit. Itaque tale adiutorium, sicut & ipsa natura, præambulum quoddam est ad verum gratiæ medicinalis adiutorium, per quod, non, posse stare vel permanere, sed ipsum velle largiendū est. Hæc ergo quia vidit Augustinus, idèd nunquam ampliùs istius adiutorij tanquã reparatorij post casum hominis meminit.

Nimirum vidit consequenter Augustinus, hoc adiutorij genus jam esse prorsus inutile lapforum reparationi vel operationibus, etiam si ad sexcentos sufficientiæ gradus augetur: imò verò asseri non posse post lapsum, nisi, majori hallucinatione quàm Pelagiani sublato originali peccato, naturæ vires illæsas esse fateamur. Quod quamvis alibi, nisi fallor, utcumque diximus, nihil tamen vetat, & hic paulò uberius exponere. Pelagiani enim suis consentaneè principijs, idèd

gratiam Christi hominibus adultis ad operandum negabant esse necessariam, quod nihil in eis esset peccando vitiatum, prout apud Augustinum libro de natura & gratia fusius exponitur. Quid enim est opus gratiæ medicinalis, ubi nullius morbi languor est? Tantæ namque vires deceat hominem, quando est sine vitio creatus, tantæque fasces collatæ ex creationis & libertatis primæ beneficiò, ut bene vivere posset si vellent, assistente sufficiente Dei adiutorio, nec opus esset, ut ei Deus per gratiam ipsum velle largiretur. Recentiores autem longè deterius philosophantur. Credunt enim hominem jam esse peccato vitiatum, & concupiscentiam esse à diabolo tanquam vulnus inflictam, & eà plagà non obtante, tantas ei vires tribuunt, ut & vulneratus & ex vulnere graviter ægrotus idem possit, quod sanus poruit. Quod nemo sanæ mentis statueri potest, nisi hoc ipso semetipsum interimat, viresque arbitrij illæsas esse decernat. Nam siue adiutorium istud sufficiens dederis siue negaveris ad lapsi hominis voluntatem perinde omninò sese habet. Est enim illius naturæ, ut sine illo non possit arbitrium operari, ideoque necessitas ejus, nullam convincat inflictam esse voluntati ægitudinem, sed naturalem tantum adesse creaturæ rationalis infirmitatem, quæ talis est ut fortassis eam nec Deus ipse possit auferre. Est enim creaturæ ex nihilo productæ naturæ, ut sine sufficienti Dei adiutorio omninò non possit operari bonum, juxta illud Augustini, quo sufficiens primi hominis & Angelorum adiutorium asseruit: Liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum verò nihil est, nisi adiuuetur à omnipotenti bono. Ex quo consequitur illud adiutorium sufficiens, quod etiam integerrimis viribus voluntatis consentaneum ac necessarium est, nullam omninò afferre vulnere concupiscentiæ sanitatem, quamvis vel perpetuò adesse, vel peccato perditum, Christi cruce reditū esse poneretur. Ita quippe se ad voluntatem habet respectu operationis bonæ, quemadmodum adiutorium alimenti, hoc est cibi & potus, sine quibus non potest natura mortalis vivere, vel adiutorium lucis, sine quo non possunt oculi cernere. Et enim talium a lutoriorum necessitas, non arguit ullam in homine ad vivendum vel in oculis ad videndum irreplisse ægitudinem, sed imbecillitatem naturæ mortali atque oculis concreatam, ut potè quæ sanctissima quoque & robustissima talibus adminiculis opus habent. Undè si propter delictum aliquod, homo

lib. de Corr. & grat. c. 11

256
 homo luminis vel alimenti privatione ita A
 pleberetur, ut nullâ humanâ potestate resti-
 tuti possent, nequaquam hoc argueret vale-
 tudinem fontis esse læsam, vel oculos ejus
 vitiatos, quemadmodum ex vulnere, ægri-
 tudine, cœcitate, lippitudine contingit; sed
 illis integerrimis persistentibus, naturalia
 externaque quædam subsidia tantum esse
 subtracta. Nec si quis veniret, velut medicus
 qui alimentum lucemque restitueret, ille va-
 letudinem aut vires corporis aut oculorum
 sanasse diceretur. Ita profectò, si nihil aliud,
 quantum ad adiutoria, peccato actum esset,
 quam quod Deus offensus subtraxerit stirpi
 peccatrici illud præcedens gratiæ adiutorii,
 inepitissime diceretur hominis, naturam esse
 vitiatam infirmatamque; voluntatis arbitrium:
 inepitissime pariter diceretur Christus homi-
 nem sanasse, si donitaxat illud idem suffi-
 ciens, quo gaudebat, adiutorium reddi-
 disse. Et vice versa, si illud redditum est ho-
 mini, & cum illo iterum operari potest, quem-
 admodum olim sanus & robustus potuit, ut
 videlicet cum eo possit seu sufficiat bonum facere si
 voluerit, quis non videret arbitrium voluntatis
 non esse peccato vulneratum, vel infirma-
 tum, vel ægrotum? Nemo enim dixerit, id-
 circo hominem ægrotum esse, vel cœcum,
 quia sine alimento non potest vivere, vel
 sine luce cernere. Sicut igitur homini ægro-
 tanti non sufficit alimentum robustorum
 tollere, vel cœco lumen, quibus redditis
 nihil omnino ad operationes vitæ & visio-
 nis adjuvabitur, sed opus est, alterius ra-
 tionis adiutorio, quod medicinam vocant,
 ut læsa temperatura reddatur, vires labe-
 factæ reparentur, succus redeat, humores
 vitiosi purgentur aut restinguantur; ita
 nullius momenti est ad efficiendas opera-
 tiones bonas, istius adiutorij sufficientis res-
 titutio, quo præsentem non minus intrinsecus
 erit æger & imbecillus, atque ante illo absen-
 te fuit. Opus est enim gratia medicinæ, quæ
 id restituat atque suppleat aut roborer, quod
 propriè in voluntatis arbitrio læsum est.
 Nam quemadmodum cibus & lumen non
 sunt propriè læsarum virium, sed sanarum
 adiutoria, non enim reparant id quod læ-
 sum, sed juvant id quod adhuc sanum est;
 ita sufficiens istud adiutorium, quod dat ho-
 mini posse si velit, hoc est, quod tribuit po-
 testatem operandi, si illo adiutorio uti velit,
 non est adiutorium læsæ voluntatis, sed si
 eo voluntas uteretur, hoc ab ea fieret qua-
 tenus adhuc sana est. Nam ut læsio valetudi-
 nis & oculorum fit per ablationem aut vio-
 lationem alicujus quod internum est, & per
 alimentum lucemque redditam non restau-
 ratur nec attingitur; ita voluntatis læsio in
 eo ipso sita est, quod adiutorio sufficienti
 deest, hoc est, quod neque per illud suola-
 tum tollitur, nec per illud redditum restitui-

tur. Cum enim sufficientis adiutorij natura
 sit, dare ipsum operari posse si velis, & in eo
 sita voluntatis integritas tali adiutorio
 consentanea, ut cum eo possit operari si velit,
 quemadmodum ex Adami libertate & adju-
 torio patuit; læsio seu vulnus voluntatis in
 ipsum illum volendi nutum voluntatis infli-
 ctum est, ad quem pertingere potest con-
 trariæ concupiscentiæ deorsum retrahente
 ac deprimente non potest. Hoc enim ut ei
 reddatur, non habet natura gratiæ sufficien-
 tis, prout omnes etiam recentiores consen-
 tur, cum in hoc ipso præcisè constituta sit,
 ut det nudum posse si velis. Hoc ergo per
 aliam gratiam reddi debet, cujus videlicet
 natura sit, non tantum dare dormientem
 quandam seu indifferentem ad usum & non
 usum sui, potestatem, sed etiam voluntatem:
 hoc est non tantum posse, sed velle. Nimi-
 rum non tantum afferre debet assistentiam
 quandam per modum alimenti & lucis quæ
 non efficiunt, ut vivat & videat etiam sanissi-
 mus, nisi velit, & nisi illa ipso nutu volendi
 ad opus rapiat; sed illum ipsum languorem
 sanare debet, quo voluntas à volendo revo-
 catur, languenti que voluntati ipsum volen-
 di nutum restituere. Hoc est autem proprium
 medicinalis gratiæ Salvatoris beneficium,
 cuius natura est, non tantum dare posse si volu-
 mus, quod olim in Adamo & Angelis primæ
 conditionis ac sufficientis adiutorij fuit, sed
 simul cum potestate velle quod possumus, ut præ-
 clarissimè Augustinus docet. Nam gratiæ
 medicinalis Christi proprium est efficere, ut
 aliam quamcumque gratiam sive habitualementem
 sive sufficientem, utiliter habeamus; quo
 modo nisi habeatur, semper noxia est, quia
 ad hoc conducit ut damnabilius delinquamus:
 Tunc autem utile est velle cum possumus, &
 tunc utile est posse cum volumus. Nam quid pro-
 dest, si quod non possumus volumus, aut si quod
 possumus volumus? Quibus verbis divinâ lu-
 ce fulgentibus Augustinus elegantissimè &
 solidissimè necessitatem gratiæ medicinalis
 & inutilitatem sufficientis asseruit. Quod
 si lapsis hominibus est inutilis, profectò hoc
 ipso & perniciosa est. Et verò quid homini
 misero perniciosius, quam illâ gratiâ abun-
 dare qua nemo unquam, fatentibus etiam
 Scholasticis, nisi majorem damnationem asse-
 cutus est? Hoc ipso quippè unusquisque
 damnabilior est, quo magis sufficienti gratia
 abundavit. Nemo enim unquam sufficienti
 gratiâ usus est, aut utitur, aut utetur in æter-
 num: qui mitius profectò puniretur, si tali
 auxilio caruisset, quo Deus neminem vel
 damnandorum, vel salvandorum usurum
 esse præscivit. Qua in re non jam effusa Dei
 bonitas, ad quam deprædicandum istud adju-
 torium non satis discretè excogitatum est,
 sed summa potius severitas ejus apparet.

Lib de Cor.
 & grat. c. ii.

Lib. de grat.
 & lib. arbit.
 cap. 15.

CAPVT TERTIVM.

Quam monstrosa sit gratia sufficiens prout à recentioribus explicatur, & quare excogitata. Gratia congrua Auctores non nisi sufficientem habent, sublatoque peccato originali, naturam liberi arbitrij integram & illam inducunt.

IAM Verò quid monstrosus proferri potest, quam quoddam distinctum à ceteris adjuvantiis genus, quod nunquam ab initio lapsus humani usque ad iudicii diem, ullum in humana voluntate effectum habuit, aut habiturum est. Defendit quidem aliquando sanctus Augustinus illud adjuvantiis, partim in Angelis & hominibus primis ante peccatum, partim in lapsorum quoque hominum posteritate, quando eam tali gratia adjuvantiis, saltem credere posse cum Semi-pelagianis errando opinatus est: sed nunquam eò absurditatis venit, ut illud vel semper effectu suo carere propter quem datur, vel id auxilium quod respiciat influeret cum voluntate, ab eo quod non influeret, ita separandum esse decerneret, ut illud efficax, hoc sufficiens vocaretur. Nimis enim perspicuum est, illam non esse adjuvantiis talis, sed voluntatis differentiam, quæ eodem adjuvantiis sufficientem potestatem tribuente, vel non utebatur, vel utebatur, prout voluntati tribueretur. Itaque illud à recentioribus prolatum gratia sufficientis genus, quo adjuvante nullum unquam opus factum est, aut fieri unquam, si est verum distinctumque à gratia efficace membrum, videtur monstrum quoddam singulare gratia, solummodo peccatis faciendis, majorique damnationi accellenda serviens, ideoque lapsus hominibus, citra Dei invidiam damnandis excogitatum. Quod cum altissima perspicacia sua videret Augustinus, simul atque ab illo suo errore respicere cepit, silentio istud in omnibus operibus suis præterit, sciens læsum hominis peccatoris arbitrium, non solum eo uti perveraciter nolle, sed agridine concupiscentiali deprimente, non posse: cui propterea solum Salvatoris medicinale adjuvantiis utile est, & evadendis peccati laqueis necessarium. Quæ consideratione illa aurea quæ diximus verba, hæc ipsa

Lib. de grat. de re differens protulit: Tunc utile est velle cum possimus, & tunc utile est posse cum volumus. Nam quid prodest, si quod non possimus volumus, aut si quod possimus nolimus?

Sed sine dubio magna quædam & occulta necessitas Scholasticos illos Doctores ad istud gratia genus compulit. Cum enim intelligere non possent, aliquem esse posse culpæ reū, cuius evitanda careret sufficienti potestate, coacti sunt aliquod sufficientis adjuvantiis omnibus hominibus, quibus præceptum imponitur, attribuire. Et hæc tunc quidem tolerabiliter, si tale statuisset, cum quo, sicut dicunt, omnium voluntatem operari posse si velint, ita quæquam

A pro illa eadem voluntatis flexibili libertate, unquam operatum esse statuisset. Quæ enim ratio est quæso? Nam si revera (& non solum dicis causa) talis istius gratia natura est, ut verè sufficientem tribuat potestatem utendi, quæ, quæso, ratio est, ut nulla voluntas eam unquam arripuerit? Sed hoc erat mysterium quod latebat. Videbant, si quæquam eo usum esse constituerent, jam tota machina efficacis gratia, hoc est, congrua, corruerat: nam hoc ipso ista gratia transibat in efficacem, utpote qua, sicut non utebatur voluntas quando noluit, ita etiam quando voluit pro libero suo utebatur arbitrio. Quod cum eis perspicue Scripturis sacris & Augustino repugnare videretur, quæ perpetuo clamant Deum facere ut velimus, facere ut faciamus, Deum operari velle atque perficere & huiusmodi, hoc est, Deum per gratiam suam post lapsum hominis largiri non solum posse, si velit, sed etiam velle quod potest, quod sanctis Angelis & hominibus primis non tribuebat gratia Dei, hinc coacti sunt gratiam illam sufficientem, quantumcumque plenam volendi potestatem liberrimam & indifferentem voluntati dare diceretur, effectu suo semper & ubique non sine insigni absurditate, frustrari. Quod solerter animadvertentes quidam gratia congrua defensores, ut sese ex illo laqueo eriperent, in alium sese periculosiorem induerunt. Aperte enim dicere ausi sunt (quod revera rationum nexus postulabat) efficacem & sufficientem gratiam ab eventu nuncupari. In potestate quippe libera voluntatis esse gratiam quantumcumque reddere pro libero nutu suo efficacem vel inefficacem in actu secundo. In quo quidem valde consequenter longèque aptius juxta principia recentiorum, quæ de gratia congrua condiderunt, ratiocinantur. Sed non animadvertunt isto modo universum gratiarum adjuvantiis, quod à voluntatis cooperatione & sufficientis & efficax vocant, non solum respiciat sicut & ceteri, sed ipso quoque loquendi modo ad adjuvantiis sine quo non, ad adjuvantiis potentiale, ad adjuvantiis primi hominis & Angelorum revocare, ut non solum verisimilis & solidissimis Augustini principis, sed & ipsius eius verbis quæ latissime in præcedentibus attulimus ac deduximus, evertantur. Habent enim illud ipsissimum adjuvantiis, quo, sicut & bonis & malis Angelis & hominibus primis dedit, dat etiam lapsus sufficientem agendi potestatem: ita ut adjuvantiis istud deferere, eo uti & non uti, cum eo perseverare vel non perseverare,

severare, in libero relinquatur arbitrio. Quae sunt ipsissima verba quibus Augustinus voluntatis integritate ac sana descriptit adiutorium, & ab aegrotae voluntatis adiutorio separavit.

Et isti quidem evidentius convincuntur, non aliam nisi sufficientem Adami gratiam, reparationi inutilem, pro Christi medicinali adiutorio defendere, quemadmodum supra latius declaratum est. Sed non propterea alii congruae gratiae defensores, quamvis multum laudentur, ab illo laqueo se expediunt. Omnes enim explicandi modi quos laboriosè industrièque concinnarunt, ut ostendant Christi gratiam sufficienti gratiae primi hominis & Angelorum antecellere, congruamque medicinam laesae afferre voluntati, eò tandem per multos labyrinthos redeunt unde egressi fuerant. Cum enim gratiae sufficientis natura, quae primo homini illaeso & Angelis collata fuit, in eo proprie sita fuerit, ut eius usus ac neglectus in libero relinquatur arbitrio, cuius indifferentia per istam gratiam, ad nullam partem astringeretur (ut latius paulò ante declaravimus, & subtilissime Augustinus ex professo docet) ostendendum eis erat, hanc essentiali gratiae primivae atque sufficientis notam non reperiri in ea gratia efficace, quam deprædicant. Quod si hoc ostendere est impossibile, imò iacturam istius notae tanquam libertatis interitum capitaliter fugiunt; frustra aliud gratiae genus, quam primi hominis & Angelorum, se afferre gloriantur. Quicquid enim dixerint de tractus illius suavitate, potestate, efficaciâ: quicquid de congruitate cum voluntatis arbitrio: quicquid de decretis Dei, quibus ipse actum volendi & faciendi liberae voluntati sanxerit esse largiendum; differentiam aliquam fortassis inferet in ipsum Deum gratiae largitorem, qui aliter se ad hunc quam ad illum habeat, in modum verò operandi gratiae sufficientis nullam. Nihil enim omninò reperire poterunt in modo operandi gratiae Angelorum, quem descripsit Augustinus, quod non tali adiutorio efficaci exactissime congruat. Nam quantumcumque dicant, gratiam istam facere ut voluntas operetur, cum ad cardinem venit, eo res redit, ut gratia molliat, suadeat, trahat, alliciat congruentissime, sed sic tamen, ut ultimum decretum operationis debeat à voluntate proficisci; quae stantibus omnibus stat adhuc velut in bivio indifferens, eademque libertate quae gratiam propter congruitatem eius amplectitur, etiam non amplecti potest. Quod quemadmodum fiat, è contrario ex gratia sufficienti recentiorum facilius intelligitur. Sic enim eam respicit voluntas, ut eadem illà suâ indifferentiâ possit eam apprehendere & sequi. Adest enim utrobique congruitas & incongruitas comparatione voluntatis. Ibi blanditur voluntati gratiae seu spiritualis boni congruitas, ac deterret boni carnalis pro-

positi incongruitas: hic è contrario allicit boni terreni congruitas, ac deterret boni spiritualis seu gratiae incongruitas. Sed sicut non obstante illà gratiae sufficientis incongruitate, terrenique boni propositi congruitate, voluntas est, quae suo negligendi decreto gratiam inefficacem facit, utpotè quae stantibus ipsdem omnibus poterat non utendo reddere inefficacem. Planius hoc elucescet, si consideraverimus etiam peccata voluntatis ex tentationum congruitate proficisci, tentationesque, sicut recentiorum gratias congruas, in motibus indeliberatis vehementissimis esse sitas. Nec tamen idcirco quisquam eorum voluntatis libertati tribuendum esse negat, quod tentationis motus fiat efficax vel inefficax.

Nam quod Deum aiunt intendere ac prædefinire voluntatis consensum, eoque sine gratiam congruam seligere, modum operandi gratiae nihil omninò mutat. Semper enim cardo voluntatis est, quae hoc efficit, ut ad actualem influxum gratia rapiatur. Idcirco enim addunt vel expressè vel virtute præscientiam Dei conditionatam, quâ videt quomodo se erga gratiam unamquamque voluntas uniuscuiusque habitura sit; aliam daturus si fortè datam gratiam suâ tereti ac indifferenti libertate respueret. Quae explanatione & scientiae conditionatae exploratione, dum gratiae potestatem explicare satagunt, quasi illa faciat velle voluntatem, appetitum totum nutui voluntatis ascribunt, utpotè cuius æquilibrium tantâ exploravit curiositate, ut sciant, quònam ipsa indifferenter suum flexum conversura sit. Quod tunc constabit manifestissime, si Deo nihil, neque præsciente, neque decernente, profus eisdem hominibus gratias dari statuam in ipsdem omninò rerum omnium circumstantiis. Tunc enim perspicuum erit, non esse gratiam quæ det velle & facere voluntati, sed voluntatem quæ facit reipsâ facere gratiam, quamvis sine gratia facere ac velle non possit. Tunc enim gratia blandienti interius tentationi omninò similis est, cuius usus & non usus in libero relinquatur voluntatis arbitrio, ut utramvis vel consensum addendo reddat efficacem, vel suspendendo inefficacem. Hic autem est ipsissimus character ac nota gratiae primi hominis atque illaesa voluntatis, quæ duo sibi mutuo semper nexa sunt. Non enim aliud ista gratia confert lapsae voluntati, nisi posse si velit, sic ut juxta descriptionem accuratam Augustini, velle & nolle, facere & non facere, perseverare & non perseverare relinquatur in libero voluntatis arbitrio. Vnde Franciscus Suarez talis congruae gratiae præcipuus defensor, cum de congruitate cogitationis honeste per quam opera moraliter bona veluti per gratiam congruam naturalem operamur, disputaret, quam congruitati gratiae omninò equiparari tradit apertissime profiteretur:

Lib. 3. de grat. c. 11. num. 18.
Ibid. n. 17.
Ibid. n. 20.
Num. 21.
Num. 22.
Num. 23.
Ibid. cap. 11. num. 12.

Ex sola *er*ate voluntatis posse contingere ut uni sit congrua & hinc cogitatio qua alterum non movet, & consequenter non est illi congrua. Addit etiam sine Dei præscentia non posse intelligi iniquitatem in tali beneficio, quo scilicet dat cogitatione congruam vel incongruam. Ex quo etiam sequi dicit, Cogitationem congruam ut talis sit soluta esse necessariam necessitate consequente seu concomitante, hoc est, ex suppositione ipsius operis, necessitate verò antecedente, seu causæ, solam cogitationem sufficientem esse necessariam. Quia ut se declarat, Cogitatio congrua non est necessaria ut altus esse possit, sed ut sit, illumq; infallibiliter inferre. Nam eo ipso quo voluntas non sequitur cogitationem non est congrua neque efficax: igitur si cogitatio est congrua infert statim effectum bonæ voluntatis. Hanc ergo necessitatem dicimus esse consequentem non antecedentem: quia cogitatio non constituitur in esse congrua, nisi quia voluntas ex sua libera determinatione illi consentiat. Est ergo congruitas consequens actum voluntatis non antecedens illum. Addit ubi dicitur: Denique si talis cogitatio ut congrua, esset necessaria necessitate antecedente, tolleretur libertatem voluntatis, quia præveneret consensum eius. Est ergo hæc necessitas consequens sive consideretur in re ipsa seu in executione, sive in præscentia Dei. Nam Deus præcogitationem esse congruam, quia habetur est effectum cooperante libera voluntate, non quia secundum se præcogitata illa cogitatio necessario inferat talem voluntatem. Et non multis interpositis: Qui habet cogitationem honestam sufficientem potens est facere, ut illa sit congrua, alias congruitas non esset conditio consequens sed antecedens: sed non aliter potest facere cogitationem illam congruam, nisi consentiendo illi. Denique absolutissimè in superioribus de cogitationibus congruis ad actus moraliter honestos necessariis ita concludit: Ergo eadem omnino cogitatio seu aequalis potest esse alius congrua vel incongrua pro sola libertate voluntatis volentis hoc vel illud cum solo generali concursu Dei (loquitur enim nunc intra ordinem nature) nam si voluntas consentit, cogitatio est congrua, si dissentit denominatur incongrua. Similia in opusculo de auxiliis tradit, ubi congruitatem vocationis & gratiæ in ordine supernaturali

explicare conatur: Nihil in re includit ex parte hominis, quod non includas vel includere possit vocatio sufficiens, si homo illa uti velit. Et mox: In potestate hominis, de quo Deus præcogit non consentiatur vocationi, est facere ut Deus præcogitatum consenturum vocationi; & consequenter efficere ut illa vocatio sit congrua. Quocumque igitur talis gratiæ auctores sese veriant, ventilent, spargant, quocumque modo se explacent, nihil habent nisi gratiam primi hominis & Angelorum, quæ inflictam voluntatis ægritudinem nec sanare, nec juvare, nec attingere potest. Quomodo enim ægritantem sanabit voluntatem, cum hoc ipsum quod in ea sanandum erat, illatum esse, integerrimumque supponat? Nam etiam indifferenter arbitrii volubilitatem ac potestatem ad volendum adjuvante gratia, nolendumque bonum (propter quam dixit Augustinus, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset & male, & propter quam dixit, quod prioris integritatis gratia daret ei posse si vellet, hæc posterior dare debeat ipsum velle quod potest) in suo vigore permanisse manifestum est, utpote quem eodem modo voluntas post lapsum suum contractamque terrenarum cupiditatum ægritudinem gratiæ adjuvante exserat. Itaque utrobique nature integritas asseritur, utrobique peccatum originale tollitur, utrobique etiam gratia fit potentialis & sufficiens expectans ad influxum suum actualem consensum voluntatis, quamvis non sine gratia exserendum; atque ita utrobique habetur adiutorium non quo fit velle, sed sine quo velle non potest. Cujusmodi adiutorium cum adiutorio incarnationis & crucis Christi, & adiutorio medicinali ægrotae voluntatis nihil commune habet, sed ad adiutoria Pelagii, & Massilienis, & Augustini ante Episcopatum referendum est. Et hæc de de gratia quam recentiores efficacem vocant, pertransennam dicta sint, superest ut illam quam propriè sufficientem dicunt, absolvamus.

CAPVT QVARTVM

Ex natura gratiæ Christi ostenditur, nullis dari sufficientem gratiam juxta sensum recentiorum, qui conantur directè contrarium ejus persuadere, quod Augustinus de lege & gratia sufficiente.

Hanc igitur sufficientem gratiam Augustini principiis & Scripturarum repugnare, ex alio quoque capite quod apud ipsum crebro inenitatur, demonstrari potest. Docet enim non semel, veram Christi gratiam à nullo duro corde respui, sed ideo tribus, ut cordis duritia primitus asseratur. Cui principio consequenter constantè que tradit, quando Deus docet non per legis litteram, sed per sancti Spiritus gratiam,

ita docere ut quod quisque didicerit non tantum cognoscendo sciat, sed etiam volendo appetat, agendo, perficiat. Hinc ulterius docet, nullam Christi gratiam effectu operis ad quem efficiendum voluntati datur, ulla voluntatis pervicacia frustrari; frangit enim ante omnia ipsam illam voluntatis pervicaciã, per quam effectus ejus impediretur, atque ita quodcumque largitur gratiam suam, simul dat incrementum Deus; ipsa quippe gratiæ infusio est

Lib. de prædest. sancti. cap. 8.
Lib. de grat. Christi c. 14.

Lib. 3. de concursu c. 14. n. 14.

Lib. de reprob. c. 1.

*AVANTUR
 LAURENTIUS*

est incrementi donatio, prout hæc omnia fu-
sus in superioribus declaravimus. Horum
autem nihil competere posse gratiæ sufficienti
per se manifestum est.

Hæc igitur vera & genuina ratio, cur Au-
gustinus in omnibus operibus suis, pluribus
quam sexcentis locis, semper Christi gratiam
opponat legi atque doctrinæ, quarum illa so-
lam prævaricationem asserat; quia lex per le-
gem à nemine impleta est, aut impleri potest,

illa liberationem; quia quod impossibile erat
legi, per gratiam impletur: Hoc opus est gratia
(credere scilicet quod lex jubet) tollentis pecca-
tum & vivificantis mortuum peccatorem, non opus
legis ostendentis peccatum nec à peccato vivificantis &c.
Opus est hæc gratia, quam qui accipiunt, doctrinam
salutari Scripturarum sanctorum esse fuerint inveni-
ti, sunt amici: non opus eiusdem doctrinæ, quam
qui audiunt & legunt, sine gratia Dei, peiores eius
efficiuntur in m. c. Et iterum: Non ergo gratiam
dicant esse doctrinam sed agnoscant gratiam, qua
facit prodesse doctrinam: quæ gratia si desit, videmus
etiam obesse doctrinam. Et in epistola octogesima
vona: Ad abundantiam igitur delictorum lex nos do-
cet, quid velle debeamus, nisi adjuvet gratia, ut
quod volumus valeamus, & quod volumus implea-
mus. Et libro de Spiritu & littera sæpius: *Voluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanes
gratia voluntatem, sanata voluntas implet legem.*

Et inferius docet iterum atque iterum, quod
præcepta & lex sine adjuvante Spiritu procul dubio
est littera occidens: cum vero adit vivificans Spiritus
(per gratiam) hoc ipsum intus conscriptum
facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri.
Et iterum: *Lex dicitur esse ut gratia quaeratur, gra-
tia data est ut lex impleatur.* Cujusmodi doctrina
per omnes Augustini lucubrationes infinitis
locis dispersa est, quorum copia facilius
obunderetur quam instrueretur auditor. Ni-
mirum hoc instantissimè ubique per istam pro-
positionem indicatum cupit, ubicumque præ-
ceptum insonat sine gratia, ibi nihil aliud
nisi præcepti prævaricationem sequi; ubicum-
que Deus per Spiritus sancti gratiam misere-
tur, ibi præcepti impletionem. Hoc enim
supplet gratiæ efficacia, quod deest doctrinæ
& legis efficacitæ. Nam idcirco gratiam suam
Salvator attulit, ut nos à legis prævaricatione
liberaret.

Hinc ergo tanquam ex vera genuinaque
causa proficiscitur, quod Augustinus de gra-
tia & lege contrario prorsus modo disserat,
atque Scholastici recentiores. Hi enim nihil
majori sollicitudine satagunt, quam ut ijs qui
per præceptum aut legem Dei aliquid sub pœ-
na perditionis facere compelluntur, gratiam
sufficientem tribuant, qua lex ab eis absque
reatu prævaricationis possit impleri, ne alio-
quin in Deum potius quam in prævaricantes
culpa revertatur: quo timore adducti libera-
tionem gratiæ sufficientis ad infideles omnes,
maximè quibus fertur lex, imò ad obduratos
excecatosque diffundunt. Augustinus dire-
ctè contrario, quasi de industria laborasset
ut illas opiniones interimeret, legem & præ-

cepta idcirco superbis hominibus data esse &
plerumque dari docet, ut agnoscant se ad le-
gem implendam non sufficere, sed multitudine
prævaricationum confusi ac territi, ipsaque
confusione ac timore humiliati discant ad gra-
tiam, quam non habent, implorandam fuge-
re, ut gratiâ adjuti possint implere, quod an-
tea acceptâ duntaxat lege non poterant. Do-
ctrina ista in Augustino celeberrima, certissi-
maque est & velut basis veteris ac novæ legis,
quam qui labefactare tentaverit, universam
œconomiam veteris novique Testamenti con-
fundere molitur. Probavimus eam in libro
præcedente plurimis Augustini testimoniis,
utpote quo nihil in Augustino celebratius est.
Quare ne actum agamus, eo remittimus Le-
ctorem, doctrinamque ibi traditam, tan-
quam in Scripturis apertè comprehensam, ex
quibus eam profundissimus Doctor hausit, hæc
supponimus; pauca tamen Augustini loca se-
quenti capite delibare contenti. Quæ si vera
est (sicut verissimam & Apostolicam tot à no-
bis ibi prolata ex Apostolo & Augustino tes-
timonia convincunt) sequitur profectò sen-
tentiam illam quæ legem sufficienti gratiâ
semper succinctam introducit, non solum esse
falsam, sed Augustino Scripturisque contra-
riam. Nam illi constantissimè docent, legem
idcirco datam ut agnita per multitudinem
peccatorum non solum infirmitate, sed im-
possibilitate suâ, ad implendum id quod præ-
cipiebat Deus, adiutorium gratiæ quaeretur.
Nam idcirco lex nam, hoc est, supplicium ope-
ratur; ut ad iram evadendam Dei gratia requiratur,
ut inquit Augustinus, & ante Augustinum
Apostolus: *Conclusit scriptura (legis) omnia sub
peccato, ut promissio ex fide Christi daretur cre-
dentibus, id est, ex gratia per fidem orantem
impetrata.* Hæc enim abundantia peccato-
rum & conclusio sub peccatis, hæc ira com-
minatio peccatorem de infirmitate convictum
atque confusum, adiutorium gratiæ Dei compellit
poscere. Tantum ergo abest ut gratia sufficientis
implendi legem, adesse accipientibus legem, ut
è contrario juxta doctrinam Apostolicam ab
Augustino propalata, directè repugnet
præcipuo scopo legis, Deiq; occultissimam &
sapientissimam & misericordissimam intencionem
subveniendi humanæ imbecillitati, san-
andæque superbiæ funditus interimeret. Fa-
ctum est enim à Deo poscere, quod jam con-
cessum habes in tua potestate, juxta illud Au-
gustini ex fundo veritatis haustum: *Quid stul-
tius quam orare ut facias, quod in potestate habes?*
Quid enim is poscat implendi præcepti vires,
qui jam sufficientes accepit? Quomodo præ-
varicando agnoverit infirmitatem suam, qui
sufficiens adesse sibi sentit adiutorium? Si
enim non implet quod præcipitur, quid de
viris suis satagat aut conqueratur, quas jam
in adiutorio dato sufficientes habet? Velit
enim implere, & lex implebitur, ubi nihil
eum nisi voluntas non potestas deficit. Si au-
tem hæc ab Augustini & Apostoli doctrinæ, &
à regula Ecclesiasticæ veritatis remotissima
sunt,

est incrementi donatio, prout hæc omnia fu-
sus in superioribus declaravimus. Horum
autem nihil competere posse gratiæ sufficienti
per se manifestum est.

Hæc igitur vera & genuina ratio, cur Au-
gustinus in omnibus operibus suis, pluribus
quam sexcentis locis, semper Christi gratiam
opponat legi atque doctrinæ, quarum illa so-
lam prævaricationem asserat; quia lex per le-
gem à nemine impleta est, aut impleri potest,
illa liberationem; quia quod impossibile erat
legi, per gratiam impletur: Hoc opus est gratia
(credere scilicet quod lex jubet) tollentis pecca-
tum & vivificantis mortuum peccatorem, non opus
legis ostendentis peccatum nec à peccato vivificantis &c.
Opus est hæc gratia, quam qui accipiunt, doctrinam
salutari Scripturarum sanctorum esse fuerint inveni-
ti, sunt amici: non opus eiusdem doctrinæ, quam
qui audiunt & legunt, sine gratia Dei, peiores eius
efficiuntur in m. c. Et iterum: Non ergo gratiam
dicant esse doctrinam sed agnoscant gratiam, qua
facit prodesse doctrinam: quæ gratia si desit, videmus
etiam obesse doctrinam. Et in epistola octogesima
vona: Ad abundantiam igitur delictorum lex nos do-
cet, quid velle debeamus, nisi adjuvet gratia, ut
quod volumus valeamus, & quod volumus implea-
mus. Et libro de Spiritu & littera sæpius: *Voluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanes
gratia voluntatem, sanata voluntas implet legem.*

Et inferius docet iterum atque iterum, quod
præcepta & lex sine adjuvante Spiritu procul dubio
est littera occidens: cum vero adit vivificans Spiritus
(per gratiam) hoc ipsum intus conscriptum
facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri.
Et iterum: *Lex dicitur esse ut gratia quaeratur, gra-
tia data est ut lex impleatur.* Cujusmodi doctrina
per omnes Augustini lucubrationes infinitis
locis dispersa est, quorum copia facilius
obunderetur quam instrueretur auditor. Ni-
mirum hoc instantissimè ubique per istam pro-
positionem indicatum cupit, ubicumque præ-
ceptum insonat sine gratia, ibi nihil aliud
nisi præcepti prævaricationem sequi; ubicum-
que Deus per Spiritus sancti gratiam misere-
tur, ibi præcepti impletionem. Hoc enim
supplet gratiæ efficacia, quod deest doctrinæ
& legis efficacitæ. Nam idcirco gratiam suam
Salvator attulit, ut nos à legis prævaricatione
liberaret.

Hinc ergo tanquam ex vera genuinaque
causa proficiscitur, quod Augustinus de gra-
tia & lege contrario prorsus modo disserat,
atque Scholastici recentiores. Hi enim nihil
majori sollicitudine satagunt, quam ut ijs qui
per præceptum aut legem Dei aliquid sub pœ-
na perditionis facere compelluntur, gratiam
sufficientem tribuant, qua lex ab eis absque
reatu prævaricationis possit impleri, ne alio-
quin in Deum potius quam in prævaricantes
culpa revertatur: quo timore adducti libera-
tionem gratiæ sufficientis ad infideles omnes,
maximè quibus fertur lex, imò ad obduratos
excecatosque diffundunt. Augustinus dire-
ctè contrario, quasi de industria laborasset
ut illas opiniones interimeret, legem & præ-

cepta idcirco superbis hominibus data esse &
plerumque dari docet, ut agnoscant se ad le-
gem implendam non sufficere, sed multitudine
prævaricationum confusi ac territi, ipsaque
confusione ac timore humiliati discant ad gra-
tiam, quam non habent, implorandam fuge-
re, ut gratiâ adjuti possint implere, quod an-
tea acceptâ duntaxat lege non poterant. Do-
ctrina ista in Augustino celeberrima, certissi-
maque est & velut basis veteris ac novæ legis,
quam qui labefactare tentaverit, universam
œconomiam veteris novique Testamenti con-
fundere molitur. Probavimus eam in libro
præcedente plurimis Augustini testimoniis,
utpote quo nihil in Augustino celebratius est.
Quare ne actum agamus, eo remittimus Le-
ctorem, doctrinamque ibi traditam, tan-
quam in Scripturis apertè comprehensam, ex
quibus eam profundissimus Doctor hausit, hæc
supponimus; pauca tamen Augustini loca se-
quenti capite delibare contenti. Quæ si vera
est (sicut verissimam & Apostolicam tot à no-
bis ibi prolata ex Apostolo & Augustino tes-
timonia convincunt) sequitur profectò sen-
tentiam illam quæ legem sufficienti gratiâ
semper succinctam introducit, non solum esse
falsam, sed Augustino Scripturisque contra-
riam. Nam illi constantissimè docent, legem
idcirco datam ut agnita per multitudinem
peccatorum non solum infirmitate, sed im-
possibilitate suâ, ad implendum id quod præ-
cipiebat Deus, adiutorium gratiæ quaeretur.
Nam idcirco lex nam, hoc est, supplicium ope-
ratur; ut ad iram evadendam Dei gratia requiratur,
ut inquit Augustinus, & ante Augustinum
Apostolus: *Conclusit scriptura (legis) omnia sub
peccato, ut promissio ex fide Christi daretur cre-
dentibus, id est, ex gratia per fidem orantem
impetrata.* Hæc enim abundantia peccato-
rum & conclusio sub peccatis, hæc ira com-
minatio peccatorem de infirmitate convictum
atque confusum, adiutorium gratiæ Dei compellit
poscere. Tantum ergo abest ut gratia sufficientis
implendi legem, adesse accipientibus legem, ut
è contrario juxta doctrinam Apostolicam ab
Augustino propalata, directè repugnet
præcipuo scopo legis, Deiq; occultissimam &
sapientissimam & misericordissimam intencionem
subveniendi humanæ imbecillitati, san-
andæque superbiæ funditus interimeret. Fa-
ctum est enim à Deo poscere, quod jam con-
cessum habes in tua potestate, juxta illud Au-
gustini ex fundo veritatis haustum: *Quid stul-
tius quam orare ut facias, quod in potestate habes?*
Quid enim is poscat implendi præcepti vires,
qui jam sufficientes accepit? Quomodo præ-
varicando agnoverit infirmitatem suam, qui
sufficiens adesse sibi sentit adiutorium? Si
enim non implet quod præcipitur, quid de
viris suis satagat aut conqueratur, quas jam
in adiutorio dato sufficientes habet? Velit
enim implere, & lex implebitur, ubi nihil
eum nisi voluntas non potestas deficit. Si au-
tem hæc ab Augustini & Apostoli doctrinæ, &
à regula Ecclesiasticæ veritatis remotissima
sunt,

est incrementi donatio, prout hæc omnia fu-
sus in superioribus declaravimus. Horum
autem nihil competere posse gratiæ sufficienti
per se manifestum est.

Vide fufè di-
ct. lib. 1. de
gratia Chri-
sti Salvato-
ris. c. 11. 12.
13. & 14.

Lib. 2. ope-
ratur; ut ad iram evadendam Dei gratia requiratur,
ut inquit Augustinus, & ante Augustinum
Apostolus: *Conclusit scriptura (legis) omnia sub
peccato, ut promissio ex fide Christi daretur cre-
dentibus, id est, ex gratia per fidem orantem
impetrata.* Galat. 3.

Augustinus
ibid. f. 437.

Lib. de nar.
& grat. c. 18.

Ibid., c. 15. sunt, juxta quas præcepto facere commovemur, quod conantes & nostris viribus non valentes, adiutorum divinum precemur; profectò falsum est ijs quibus datur præceptum, aut lex hoc ipso

gratiam adesse sufficientem, qua lex impletur, cum ideò potius lex deat, ut gratia ad implendum sufficiens requiratur.

CAPVT QVINTVM.

Iudæis lex data est, & Christianis plurimis præcepta dantur sine ulla gratia sufficiente aut adjuvante. Probatur hoc multis modis, & ostenditur illam gratiam repugnasse scopo legis.

QUOD si quis adhuc fortè in ista sancti Augustini vel mea ratiocinatione vacillaverit, nec facile generali istâ ratione induci possit, ut multis legem jubentem sine gratiæ adjutorio datam esse, & etiamnum dari credat, claris Augustini testimonijs persuadendus est. Hoc enim imprimis probat, quod creberrimè docet, legem, præcepta, doctrinam sine gratia, non tantum nihil juvare, sed prævaricationis reum facere: Litteram, si sine Spiritu adjuvante fuerit, non tantum nihil prodesse, sed etiam occidere. Sic enim loquitur in Epistola ad Vitalem: *Quam doctrinam, qui audiunt & legunt sine gratia Dei, peiores eius efficiuntur mimici. Et iterum ibidem: Lex Dei atque doctrina, quamvis sancta & iusta & bona, tamen occidit, si non vivificat Spiritus. Et in libro de Spiritu & littera: Sed ubi sanctus non adjuvat Spiritus inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, profecto illa lex quamvis bona auget prohibendo desiderium malum &c. Et hoc est, quod fallit peccatum per mandatum, & per illud occidit, cum accedit etiam prævaricatio. Et inferius paucis interpositis: Legi littera quæ docet non esse peccandum, si Spiritus vivificans desit, occidit: Sicut enim facit peccatum potius quam cavere, & ideò magis augetur quam minui, quia mala concupiscentia etiam prævaricatio legis accedit. Et iterum post multa; quibus rem istam ex professo probaverat: Apparet igitur littera vetustatem, si desit vivitas Spiritus, reos facere potius cognitione peccati, quam liberare à peccato &c. Non quia lex malum est, sed quia mandatum bonum habet in littera demonstrante, non in adjuvante Spiritu. Et in libro de gratia Christi: Cum ad hoc potius valeat legi agnitio, si gratia desit opitulatio, ut fiat mandati prævaricatio &c. Ac per hoc usque adeo aliud est lex, aliud gratia, ut lex non solum nihil proficit, verum etiam plurimum obstat nisi adjuvet gratia. Et hoc ostendatur legi utilitas, quoniam quos facit prævaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & ut concupiscentias malas superent adjuvandos. Iubet enim magis quam iuvat, docet morbum esse non sanat, imò ab eo potius quod non sanatur, augetur, ut attentius & sollicitius gratia medicina queratur. Et in libro de gratia & libero arbitrio, cum commemorasset legem dicere, non vinci à malo, mox adjungit: Quod tamen ut fiat, adjuvat gratia; quæ NISI ADJUVERIT nihil lex erit nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia & majores vires accipit lege prohibente, NISI ADJUVET SPIRITVS GRATIÆ. Et adhauc inferius: Per legem cognitio pec-*

cati. Cognitio non consumptio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adjuvat gratia ut cognitum caveatur, sine dabo lex iram operatur. Et in operibus ad verbum Iulianum: A concupiscentia quoscumque illexerit vitia petriantur maiore impetu, cum lege prohibentis si gratia non iuvantur. Cujusmodi testimonia tam dense in Augustini scriptis occurrunt, ut ijs congregandis moles in librum crederet. Quid verò ista omnia sibi voluit, si juxta recentiorum placita, Lex sine sufficienti gratia dari aut esse non potest? An Augustinus de metaphisica speculatione ac præcisione, hoc est, de speculativa hypotheticæ propositionis veritate dispartat, quæ nunquam accidere potest, an verò de casu, quem Paulus Apostolus, cujus doctrinam exponendo tradit, in Iudæis & quotidianâ conversatione locum habuisse cernebat? Rem enim istam tanquam experientia quotidianâ comprobatam & notam, ad memoriam duntaxat Augustinus revocat. Quod satis significavit quando dixit: Agnoscamus gratiam, quæ facit prædesse doctrinam: quæ gratia si desit videmus etiam obesse doctrinam. Quod exemplo discipulorum quorundam, qui in ejus doctrina sunt scandalizati, probat. Vnde etiam cum docuisset, quod scientia legis sine gratia Spiritus operatur in homine omnem concupiscentiam, hoc ipsam continuò exemplo Apostoli nondum sub gratia constituti, probat: Peccatum enim, inquit Apostolus, non cognovi nisi per legem, occasione autem acceptâ peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Nempe quando sine gratia Spiritus, legem acceperat. Et verò illa mali desiderij inflammatio, ille prævaricationis accessus, illa peccati virtus, illa iræ operatio, ille major cupiditatis impetus, & hujusmodi quæ sanctus Doctor deficiente gratiæ adjutorio sequi tam sollicitè docet, ostendunt profectò, non ex hypothesi quæ nunquam accidit, Augustinum loqui, sed ea commemorare mala, quæ reipsa in hominibus quotidie accidunt, & quæ reipsa olim in Iudæis atque alijs contigerunt.

Hoc ipsum itaque secundo probat, quod sexcentis locis perspicuè tradit, reipsa homines gratiæ adjutorio, quod ad implendam legem necessarium est, caruisse, ideòque sevientem concupiscentiâ non nisi sub prævaricatione jacuisse reos. Hoc est enim, illam hypotheticam propositionem, quæ sæpè dixit, si littera est sine Spiritu, si lex est sine gratia

Handwritten marginal note: Auctorem istum...

Epist., 107.

Lib. de Spir. & *litt.*, c. 4.

Ibid., c. 5.

Cap., 15.

Lib. de grat. Christi., 8.

Lib. de grat. & lib. arb. cap. 4.

Ibid., c. 15.

Lib., 2. m.

Impet., 3.

Epist.

Impet.

Impet.

gratia pravaricatore facit, exemplorum demonstratione oculis subijcere. Hinc explicans illud Apostoli: In quo infirmabatur per carnem &c. qui de praecepta Iudaeorum infirmitate & legis pravaricatione loquebatur: Lex enim iubebat, inquit, & non implebat, quia caro ubi non erat gratia, invisi- biliter resistebat. Et iterum ibidem: Quomodo ergo lex nisi opitularetur iubens per litteram, ET NON DANS GRATIAM, infirmabatur per carnem? Quod ideo dicit, quia non solum lex non dabat gratiam, sed quia cum lege data illis transgressoribus per carnem infirmitatis gratia non dabatur. Causam enim cur non daretur, adjungit: Quia nondum mens contra pravaricationibus quaesierat Salvatorem, à quo videlicet adjutorium gratiae contra carnis infirmitates praeberetur. Et in Psalmum centesimum sextum explicans illud: Humilitatum est in laboribus cor meum, ita loquitur: Et nunc pugna contra concupiscentiam Deo desistente ab adiutorio, laborare potes vincere non potes. Et ad illud: Infirmati sunt, nec fuit QUI ADIUVARET; sic ait: quid ergo restat, nisi quare factum est? Si enim data esset lex qua posset vivere, omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio (id est gratia) ex fide daretur credentibus. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Accepisti verbum, accepisti preceptum, nec desisti facere quod male faciebas, & accepto precepto, auges peccata per pravaricationem superbia. Et experientiam deficientis adjutorij subdens: Invenimus te non posse sine eius adiutorio, qui de suis solis viribus prae sumebant. Et in fragmento eujusdam sermonis ad populum: Qui cecitatem suam medico confiteri noluerunt, remanserat illis lex sine gratia. O miseri, quid fecit lex sine gratia, nisi magis reos? Quare? Quia legem auditores & non factores, & per hoc pravaricatores. Et in libris contra Faustum satiatissime docet, non modo cogitatione & fictione quadam, sed re ipsa legem in Iudaeis qui eam acceperant, à gratia fuisse separatam, eamque cum postea littera legis accederet, impleri cepisse. Qua de re in libro decimo quinto: Eadem, inquit, Lex, quae per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, cum accessit littera Spiritus (id est gratia) ut desperet impleri iustitia legis, quae non impleta reos etiam pravaricatione faciebat. Et non multo inferius: Proinde quod est oculis sanitas ad videndum solem, hoc est gratia mentibus ad implendam legem. Et sicut oculi sani non solum delectationi moriantur, sed illis ictibus asperis radiorum, quibus reverberati in densiores tenebras pellebantur: sic anima per charitatem Spiritus salva facta non iustitia legis mortua dicitur, sed illi reatus & pravaricationi, quam lex per litteram, cum gratia desuit, faciebat. Et in libro decimo nono ejusdem operis: Antequam spiritalem gratiam humilitati reciperemus, nihil nisi mortificabat nos littera, iubens quod non possemus implere, unde idem dicit, Littera occidit, Spiritus autem vivificat &c. Quae lex enim superbus etiam pravaricationis reatu devinxit, augendo peccatum cum iubet, quod implere non possunt: ipsius legis impletur iustitia per gra-

A tiam Spiritus &c. Et in tractatibus in Ioan- nem: Illi libri prodebat languidos non sanabant. Tract. 17. Lex enim peccatores convincebat, non solvebat. Ideo in Ioh. littera SINE GRATIA reos faciebat, quos confitemes gratia liberabat &c. Quare ergo data est lex? Sequitur: Conclufit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quid evidenti? Et in sermone tertio de verbis Apostoli: Vix videre quid valeat SINE SPIRITU ADIUVANTE littera iubens? Virtus peccati lex: quia subintravit, inquit, lex ut abundaret delictum? **Q**UIA UBI GRATIA NON ERAT, auxit prohibitio desiderium, & cum quasi de propria praesumitur virtute, factum est grande vitium. Et in alio sermone de verbis Apostoli: Quid prodest legem accipere minantem, & NON ADIUVANTEM, ut sub illa essemus rei ANTE GRATIAM DEI? Frustra lex minatur, ubi iniquitas (id est concupiscentia) dominatur. Quae doctrina tam est familiaris Augustino, ut vix liber sit. vix epistola contra Pelagianos exarata, ubi non eam consignaverit, ut beneficij magnitudinem ex gratiae raritate commendaret. Nec verò eam Augustinus velut peccatorem opinionem suam tradit, sed tanquam certam & exploratam, & ex scripturis quibus eam probare solet, hauritam Catholicamque doctrinam. Ex quo factum est, ut eum Manichaei laerent illum Ecclesiae sensum esse, quod lex propter defectum gratiae subintraverit, ut abundaret delicta, atque ita virtus esset peccati, novam haeresim considerunt, qua legem asseruerunt esse malam, & à malo Deo traditam; quemadmodum etiam alio in loco commemoravimus. Vt quid enim propter abundantiam peccati ex lege proficiscentem ab Ecclesia delecterent, si Ecclesia docuisset id, quod novi Scholastici docent, gratiam cavendi superandique peccati sufficientem legi affuisse?

C Denique istum gratiae insufficientis defectum in victè probat, ista statuum humani generis, atque adeo singulorum hominum divisio, quae tam familiaris ac trita est apud Augustinum. Docet enim diversis lucubrationum suarum locis, tres esse in hac vita status hominum: in quorum primo est profunda legis agendarumque rerum ignorantia; in secundo scientia legis & transgressio, eo quod nullo gratiae auxilio infirmitas adjuvetur; in tertio gratiae adiutorium. Quam ob causam status primus dicitur ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia: ut hoc ipso intelligamus, homines totum statum primum & secundum sine gratiae spiritalis adiutorio transigere, nec aliud nisi vel peccata ignoratae legis, vel agnitae pravaricationes perpetrare. De quibus statibus quamvis alibi multa diximus, hic tamen illà divisione supposità, quantum intelligendae praesenti veritati satis fuerit, aliquid de adiutorio secundi status eorum qui sub lege positi sunt ante gratiam, attingendum est. Nam de superbis hominibus qui sub lege sunt loquitur, quando in libro de gratia & libero arbitrio dicit:

M Sub

Serm. 7. de verb. Apost. c. 10

Serm. 12. cap. 1.

Vide Aug. Serm. 49. de temp. c. 1. & Serm. 11. de verb. Apost. c. 9.

Vide fuis de libro 7. de statu naturae lapsae cap. 6. & sup lib. 1. de gratia Christi Salvatoris c. 14.

268

268

268

268

268

Lib. de grat. & lib. arb. cap. 12. Sub lege enim erant non sub gratia; & ideo eis do-

minabatur peccatum, a quo non fit homo liber lege, sed gratia. Propter quod alibi dicit: Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia. Non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iudicando, non adiuvando. Gratia quippe adiuvat, ut legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Et in expolitione quarundam propositionum ex epistola ad Romanos: Sub lege

pugnamus, sed vincimur. Fatemur enim mala esse, quae facimus, & satendo mala esse utique, nolimus facere: sed ad Romanos quis NONDUM EST GRATIA superamus. Et quaest. 1. l. ad Simplic. Et quia peccatum (hoc est concupiscentia) sine gratia Dei vinci non poterat, ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam converteretur. Et inferius: Unde apparet concupiscentiam per legem non insitam, sed demonstratam. Consequens autem erat ut quoniam NONDUM ACCEPTA GRATIA concupiscentia resisti non poterat, augetur etiam &c. Et post pauca: Quia ergo ab hominibus nondum spiritalem gratiam percipientibus suavius admittitur quod veretur, fallit peccatum falsa dulcedine. Et in Enechiridio ad Laurentium: Deinde cum per legem cognitio si erit facta peccati, si nondum divinus adiuvat spiritus, secundum legem volens vivere, vincitur: & scirens peccat. Vbi quod dicit: quasi ordinariè sub lege Spiritus adjuvet, sed quia per extraordinariam Dei benevolentiam contingere potest, sicut reipsa in paucis Iudaeis, Prophetis videlicet, & similibus contigit, ut in illo, & in quolibet alio statu statim Spiritus gratiae operaretur, prout ibidem proficitur: Quidam secundum illam servitatem sub lege esse non noverunt, sed cum mandato incipiunt habere adiutorem Deum. Quo quorundam privilegio indicat, alijs sub lege positus hoc beneficium adjuvantis gratiae non obtingere. Itaque conformiter de illo defectu adjuvantis gratiae, quae est in isto secundo

statu sub lege: Vbi ergo non est GRATIA liberatoris auget peccandi desiderium, prohibito peccatorum. Et inferius: Accedente autem gratia, id ipsum quod lex onerosè iusserat, iam sine onere & libentissime implentur. Et iterum paulò post: Sub istis pastoribus, quae per legem erant, tanquam sub viro dominante, agebat anima, antequam veniret gratia: quae etiamsi nolit peccare vincitur à peccato. Et in libris contra Iulianum id ipsum agens: His omnibus tempus significare intelligitur, quo sub lege vivebat, & NONDUM ADIVTUS GRATIA concupiscentijs carnalibus vincebatur. Et in libro secundo contra adversarium legis & Prophetarum: Littera occidit, spiritus autem vivificat. Lex enim quamvis iusta & sancta & bona praevaricatoribus iniecit mortem, quos Dei gratia non adiuvit ad iustitiam legis implendam. Et in Psalmos: Terra mota est (data lege) & ipse est terra motus, cum conturbantur homines, quia legem implere non possunt. Et causam afferens paulò inferius: Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleteretur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos facit iuvando panam, nec adiuvando per gratiam. Et in expositione

quarundam propositionum ex epistola ad Romanos: Sub lege pugnamus &c. sed quia nondum est GRATIA superamus. Et iterum: Lex data est non ad auferendum peccatum, vel ad liberationem à peccato, sed ad ostendendum peccatum ANTE GRATIAM. Et inferius aliquibus interpositis: Nunc homo describitur sub lege positus ANTE GRATIAM. Tunc enim peccatis vincitur, dum viribus suis iuste vivere conatur sine auxilio gratiae Dei. Nempe quia nondum agnoscit illud sibi esse necessarium. Ecce quoties quam densè, quam instanter docet Augustinus eos qui sub lege positi sunt, nullum adiutorium bene vivendi praeter legem accepisse, non adjuvari gratia, non adjuvari Spiritu Dei; usque adeo ut illum statum (sicut & illum qui est ante legem) in summa rerum agendarum ignorantia, peculiariter vocet statum ante gratiam. Ex quo (quod multipliciter docet) accidit ut quando cum concupiscentijs suisurgentibus pugnare volunt, facilius quam ante superetur, quia ille factus sunt prohibitione violentiores, nec ipsi gratiae auxilio adjuvante robustiores. Itaque talibus lex subintravit ut abundaret delictum, lex eis praevaricationis gratia posita est, lex fit eis virtus peccati, lex omnem in eis concupiscentiam & iram operatur.

Quae quemadmodum generaliter loquendo in Iudaeis plerisque in illo statu ante adventum Salvatoris per paucis exceptis locum habuerunt, ita etiam nunc post ejus adventum in nonnullis Christianis locum habent. Nam & illis, cum vel peccata, maximeque superbia, eorum hoc mereretur, vel etiam cum ad ipsam gratiam agnosendam & invocandam instruendi sunt, subintrat praecipit ut abundet delictum, & fit eis virtus peccati lex, dum gratia ad legem implendam adjuvans subtrahitur ac differtur. Quae de re non nihil etiam in superioribus diximus, multaque ex Augustini dicuntur. Ex his igitur sufficenter demonstrari puto, esse quandam sub lege statum sub quo generaliter (paucis exceptis) Iudaica natio ante Salvatoris adventum fuit, in quo non solum non dabatur gratia sufficiens implendi id quod jubebatur, multo minus gratia sufficiens ad salutem, sed è contrario (ut iam ante secundum Augustinum diximus, & propter momentum rei non parum abstrusè à multorum cognitione saepius commendari expedit) talis gratia lationi legis ac scopo Dei capitaliter repugnabat. Nam juxta constantissimam Aug. doctrinam, ab Apostolo praeformatam, legis-latio illum habebat scopum, ut insonante praecipito, ac terribiliter poenas, nisi hoc facerent comminante, gratiae necessitatem, ipsa gratiae adjuvantis subtractione docerentur. Nam ante gratiae adiutorium, omnis homo carnalium rerum amore, maximeque superbia sua plenus est, quae putet accepta rerum agendarum cognitione se, si voluerit, implere posse quod jubet Deus. Ignorat libidinum internarum imperium, quibus obstrictus est, multoque magis

Lib. 83. quaest. 66. Vbi ergo non est GRATIA liberatoris auget peccandi desiderium, prohibito peccatorum. Et inferius: Accedente autem gratia, id ipsum quod lex onerosè iusserat, iam sine onere & libentissime implentur. Et iterum paulò post: Sub istis pastoribus, quae per legem erant, tanquam sub viro dominante, agebat anima, antequam veniret gratia: quae etiamsi nolit peccare vincitur à peccato. Et in libris contra Iulianum id ipsum agens: His omnibus tempus significare intelligitur, quo sub lege vivebat, & NONDUM ADIVTUS GRATIA concupiscentijs carnalibus vincebatur. Et in libro secundo contra adversarium legis & Prophetarum: Littera occidit, spiritus autem vivificat. Lex enim quamvis iusta & sancta & bona praevaricatoribus iniecit mortem, quos Dei gratia non adiuvit ad iustitiam legis implendam. Et in Psalmos: Terra mota est (data lege) & ipse est terra motus, cum conturbantur homines, quia legem implere non possunt. Et causam afferens paulò inferius: Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleteretur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos facit iuvando panam, nec adiuvando per gratiam. Et in expositione

Lib. 6. contra Iul. c. 23. tempus significare intelligitur, quo sub lege vivebat, & NONDUM ADIVTUS GRATIA concupiscentijs carnalibus vincebatur. Et in libro secundo contra adversarium legis & Prophetarum: Littera occidit, spiritus autem vivificat. Lex enim quamvis iusta & sancta & bona praevaricatoribus iniecit mortem, quos Dei gratia non adiuvit ad iustitiam legis implendam. Et in Psalmos: Terra mota est (data lege) & ipse est terra motus, cum conturbantur homines, quia legem implere non possunt. Et causam afferens paulò inferius: Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleteretur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos facit iuvando panam, nec adiuvando per gratiam. Et in expositione

Lib. 2. contra advers. legum & Prophet. cap. 7. Littera occidit, spiritus autem vivificat. Lex enim quamvis iusta & sancta & bona praevaricatoribus iniecit mortem, quos Dei gratia non adiuvit ad iustitiam legis implendam. Et in Psalmos: Terra mota est (data lege) & ipse est terra motus, cum conturbantur homines, quia legem implere non possunt. Et causam afferens paulò inferius: Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleteretur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos facit iuvando panam, nec adiuvando per gratiam. Et in expositione

Ibidem: Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleteretur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos facit iuvando panam, nec adiuvando per gratiam. Et in expositione

quarundam propositionum ex epistola ad Romanos: Sub lege pugnamus &c. sed quia nondum est GRATIA superamus. Et iterum: Lex data est non ad auferendum peccatum, vel ad liberationem à peccato, sed ad ostendendum peccatum ANTE GRATIAM. Et inferius aliquibus interpositis: Nunc homo describitur sub lege positus ANTE GRATIAM. Tunc enim peccatis vincitur, dum viribus suis iuste vivere conatur sine auxilio gratiae Dei. Nempe quia nondum agnoscit illud sibi esse necessarium. Ecce quoties quam densè, quam instanter docet Augustinus eos qui sub lege positi sunt, nullum adiutorium bene vivendi praeter legem accepisse, non adjuvari gratia, non adjuvari Spiritu Dei; usque adeo ut illum statum (sicut & illum qui est ante legem) in summa rerum agendarum ignorantia, peculiariter vocet statum ante gratiam. Ex quo (quod multipliciter docet) accidit ut quando cum concupiscentijs suisurgentibus pugnare volunt, facilius quam ante superetur, quia ille factus sunt prohibitione violentiores, nec ipsi gratiae auxilio adjuvante robustiores. Itaque talibus lex subintravit ut abundaret delictum, lex eis praevaricationis gratia posita est, lex fit eis virtus peccati, lex omnem in eis concupiscentiam & iram operatur.

Quae quemadmodum generaliter loquendo in Iudaeis plerisque in illo statu ante adventum Salvatoris per paucis exceptis locum habuerunt, ita etiam nunc post ejus adventum in nonnullis Christianis locum habent. Nam & illis, cum vel peccata, maximeque superbia, eorum hoc mereretur, vel etiam cum ad ipsam gratiam agnosendam & invocandam instruendi sunt, subintrat praecipit ut abundet delictum, & fit eis virtus peccati lex, dum gratia ad legem implendam adjuvans subtrahitur ac differtur. Quae de re non nihil etiam in superioribus diximus, multaque ex Augustini dicuntur. Ex his igitur sufficenter demonstrari puto, esse quandam sub lege statum sub quo generaliter (paucis exceptis) Iudaica natio ante Salvatoris adventum fuit, in quo non solum non dabatur gratia sufficiens implendi id quod jubebatur, multo minus gratia sufficiens ad salutem, sed è contrario (ut iam ante secundum Augustinum diximus, & propter momentum rei non parum abstrusè à multorum cognitione saepius commendari expedit) talis gratia lationi legis ac scopo Dei capitaliter repugnabat. Nam juxta constantissimam Aug. doctrinam, ab Apostolo praeformatam, legis-latio illum habebat scopum, ut insonante praecipito, ac terribiliter poenas, nisi hoc facerent comminante, gratiae necessitatem, ipsa gratiae adjuvantis subtractione docerentur. Nam ante gratiae adiutorium, omnis homo carnalium rerum amore, maximeque superbia sua plenus est, quae putet accepta rerum agendarum cognitione se, si voluerit, implere posse quod jubet Deus. Ignorat libidinum internarum imperium, quibus obstrictus est, multoque magis

In expositione
lib. 1. ad
manus m. 13.

lib. 1. l. 1.
ad simplic.

lib. 1. l. 1.
ad simplic.

cas

cas alieno adiutorio esse moderandas. Hanc
 superbiam nullo convenientiori modo de-
 doceri potest, quam ut subtracto gratie ju-
 vantur ac sufficientis adiutorio, Deus cum vi-
 res arbitrij sui experiri sinat. Sic enim ex
 experta suarum infirmitatum magnitudine &
 peccatorum multitudine intelligit, non tan-
 tum jubentem, sed adiuvantem esse necessa-
 rium, hoc est, ad agnoscendum & imploran-
 dum infirmitatum iuarum medicum & largi-
 torem gratie, qua superandis liquidibus
 sufficiat, per ipsam gratie inopiam perduce-
 tur. Quod innuunt ab Aug. locis expressum
 est, ut superius latissime deductum est, & hic
 breviter contum rescribamus: *Data est lex, in-
 quit, ad ostendendam quantis, quamque artibus vin-
 culi peccatorum conscribi tenerentur, qui de suis vi-
 ribus ad implendam iustitiam praesumebant. Et in
 alio istius libri loco: Praecepta legis ideo non sunt
 impleta, quoniam quibus data est lex ante gratiam,
 debiti erant carnalibus bonis &c.* Et in sermo-
 nibus de verbis Apostoli: *Deinde ne lex videretur
 aut sufficere posse homini habenti liberum arbi-
 trium, etiamsi nullum ultra divinam auxilium porri-
 geretur, aut certe frustra data fuisse crederetur, di-
 cta est causa, quare sit lex data, quia & ipsa in
 adiutorium data est, sed non sicut gratia. Data est
 enim, sicut iam exposuimus, & tenere debent, &
 vobis vehementius & diligentius nos commendare de-
 bentur: data est ut inveniret se homo, ut non mortus
 sanaretur, sed ut praevaricatione morbo crescente,
 mortuus, id est, gratia adiuvans quaeretur. Et
 in alio libro de quo Prosper illam eius senten-
 tiam prompsit: *Qui legem dedit, ipse dedit &
 gratiam. Sed legem per servum misit, cum gratia
 ipse descendit: ut quia lex ostendit peccata non tollit,
 valentes legem sui viribus exequi, nec valentes, cog-
 nantur ad gratiam, quae & IMPOSSIBILI-
 TATIS morbum & inobedientia auferat reatum.*
 Et in epistola ad Ananiam: *Lex itaque docen-
 do & iubendo quod sine gratia impleri non po-
 test, homini demonstrat suam infirmitatem, ut qua-
 ras demonstrata infirmitas salvatorem, a quo sanata
 voluntate possit, quod infirma non potest. Lex igitur
 addit ad fidem (gratia iustitiam) fides impetrat
 spiritum largientem &c.* Et inferius: *Bona est
 lex illi quae legitime utitur: ut ut legitime
 qui intelligens quare sit data per eius comminationem
 confugit ad gratiam liberantem.* Et in libro se-
 cundo contra Adversarium legis & Prophe-
 tarum: *Lex quamvis iusta & sancta & bona pra-
 varicatoribus intulit mortem, quos Dei gratia NON
 ADIUVIT ad iustitiam legis implendam.* Et
 quare non adiuvit eos Dei gratia? An crudi-
 delis est Deus? Oportebat enim, ut in Testamen-
 to veteri lex imponeretur superbis & de sua voluntatis
 virtute fidensibus, quae non daret iustitiam
 sed liberet; ac sic morte praevaricationis impleti ad
 GRATIAM confugerent non iubentem tantum-
 modo, sed IUVANTEM qua novo Testamento
 revelata est. Et in quaestionibus super Exo-
 dum: *Timor incussus est eis, qui GRATIAM
 nondum intelligebant, ut de sua infirmitate atque
 peccatis per legem convincerentur, & lex illis fieret
 pedagogus, a quo perducerentur ad gratiam, quae**

est in fide Iesu Christi. Vbi mox addit, littera
 occidit, id est, lex conscripta tantummodo iubens
 sine adiutorio gratiae. Et in libris ad Bonifa-
 cium: *Ad quam Dei gratiam lex de praevaricatione
 terrendo perducit, ut sic conferatur homini, quod
 conferre ipsa non potuit.* Dies deficeret si om-
 nia istiusmodi testimonia proferre vellem.
 Sed existis, una cum eis quae loco jam cita-
 to diximus, sufficientissime intelligitur sco-
 pum legis praecipuum fuisse, non ut per gra-
 tiam impletioni sufficientem, quae simul data
 fuerit, impletur, sed e contrario, ut per
 defectum gratiae sufficientis & secutas inde
 praevaricationes ducerentur, non solum ad
 impetrandam, sed etiam ad agnoscendam
 gratiam qua legem implere sufficerent. Tan-
 ta est enim carnalium hominum superbia &
 caecitas, ut nisi multorum lapsuum experien-
 tia frangi & erudiri non possit: *Voluerunt, in-
 quit Augustinus, sanari & cognoverunt se la-
 borare, quod non cognoscerent nisi datam legem
 implere non possent.* Et quia durissimum est
 istud medicine genus miranti carnalium ecci-
 citati, cur non statim per gratiam sufficientem
 legis faciendae difficultatem Deus auferat,
 sed homines infirmos tantis quasi crude-
 litate persequatur, occurrit idem Augustinus:
*Potuit hoc Dominus sine difficultate prestare: sed si
 hoc sine difficultate haberemus, largitorem huius
 boni (id est gratiae afferentis facilitatem) non
 agnosceremus. Si enim primus cum vellet posset,
 & non sentiret adversus se obnoctes cupiditates,
 nec vinctus suis gravata anima collideretur, suis
 viribus tribueret, quod se posse sentiret, & non con-
 siteretur Domino miserationes eius.*

Ecce quo modo, qua causa, quo scopo Dei,
 per insufficientiam legis implendae ad gratiam
 qua sufficiat, homo sub lege constitutus per-
 ducatur. Cui profectio scopo Dei, sicut &
 ceteris quae Augustinus passim tetigit, nihil
 repugnat magis quam si lex simul atque data
 est, sufficienti gratiae adiutorio muniretur.
 Nam si illum scopum legis respiciamus, ut
 homo praevaricationibus inveniret infirmitatem
 suam adimplendam legem, atque ita fa-
 ctus ejus decumesceret, quid illi repugnat magis,
 quam ut sufficienti potestate quae per ad-
 iutorium suppetatur se munitum esse experia-
 tur? Nonne potius congruit, imò necessa-
 rium est ad illum finem, ut omni gratia nu-
 datus, viribus propriae voluntatis relinqua-
 tur? Hoc enim nili fiat, vires gratiae suas
 esse, sine dubio arbitrabitur, & illi errori al-
 tius implicabitur, quem ei Deus per prae-
 varicationes ereptum esse cupit. Quod si alterum
 scopum legis intuearis, ut videlicet tanta im-
 pletionis difficultate, tantaque praevaricationum
 copia sufficientis potestatis ac gratiae
 largitorem agnoscere & implorare doceretur,
 quid absurdius quam ante praevaricationes
 sufficientem implendi gratiam attribuere?
 Nam praeterquam quod etiam sic sufficientes
 illas quas experitur vires, non medici do-
 num, sed suae sanitatis robur esse existimabit,
 Deus ipse gratiam illam statim cum lege lar-
 giendo,

Lib. 4. ad Bonif. c. 5.

Serm. de s. p. p. c.

In Ps. 106.

giendo, sibi ipsi repugnabit, nam si quis verbis alicui diceret, quia non sufficiens implere quod jubeo, ora pro gratia qua sufficias, stultus esse profecto crederetur, si jam ei potestatem, qua sufficeret, donavisset. Legem verò tam difficilem dando, non verbis, ad factis idem omnino dicit Deus: cui facto suo contradicit, si gratiam implendæ legis sufficientem, ad quam implorandam erudit prævaricatoris legis, jam ipsa legis-latione donaverit.

Quod si generatim loquendo, toti Iudæico populo præter paucos sufficiens implendæ legi gratia subtracta fuit, ut per multiplicationem infirmitatum suarum ad medicum, hoc est, ad gratiam eius agnoscendam & invocandam er. dicerentur, nemo miraretur, si & Christianis fidelibus nonnullis, de sua potestate adhuc præsumentibus, idem durissimæ institutionis genus adhiberi Augustino nobis præcurrente dicamus. Nam & illis gratiam implendi sufficientem non infrequenter subtrahit Deus, ut eis ipsa gratiæ subtractione ac dilatione humilitas ac gratiæ necessitas commendetur. Nam inde est illud in Psalmum centesimum sextum ubi Christiano

In Psalmo.
106.

iam veritatem scienti dicit: *Et nunc pugna contra concupiscentiam Deo desistente ab adiutorio, laborare potes, vincere non potes, & cum fueris pressus consuetudine tuâ prava, humiliabitur cor tuum in laboribus, ut iam corde humiliato discas clamare, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Inde est illud contra Pelagianos etiam de iustissimis: *Idem quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut noverit non sua facultatis esse quod scit, vel quod delectatur, & sic ab elationis vanitate sanetur.* Et iterum de iisdem iustis: *Idcirco etiam sanctos & fideles suos in aliquibus vitis tardius sanat, ut in his eos minus, quam implenda ex omni parte iustitia sufficit, delectet bonum, sive cum latet, sive cum etiam manifestum est, ut quantum pertinet ad integerrimam regulam virtutis eius non iustificetur in conspectu eius omnis vivens.* Quis verò dixerit cum qui ignorat bonum, vel qui non delectatur bono sufficientem habere gratiam ut impleat bonum? Nam ex tali ignorantia boni proficiunt illa peccata ignorantia, quibus juxta Augustinum, vita iustorum plena est, ut Augustinus dicat: *Quis animo amplectitur aliquid quod cum non delectat? Aut quis habet in potestate, ut vel occurrat quod cum delectare possit, vel delectet cum occurrerit?* Hoc est enim solius divini potestatis quæ hoc dat & negat cum voluerit, Augustino consequenter adijcitur: *Cum ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc & præbetur gratia Dei, non nutu nostro & industria aut operis mentis comparatur.* Et ista est vera radix subtractionis gratiæ sufficientis. Tunc enim subtrahitur

L. 2. de
per. merit.
cap. 17.

Ibid. c. 19.

L. 1. q. 2.
ad Simplic.

Ibid.

cum Deus non præbet homini ut animus legis impletionem delectetur, sed sinit cum carnalibus delectationibus secundum terrenarum rerum cupiditates rapi: *Quia ut sit nutus voluntatis, ut sit industria studij &c. ille tribuit, ille largitur.*

Nec aliquis opponat isti veritati, orari selem posse ut ista delectatio, qua sufficit implendæ legi, divinitus tribuatur. Nam etiam ad orandum quam maxime delectatio necessaria est, quæ non magis quam cetera, nostræ potestatis non est, sed à Deo per gratiam donari debet: *Nonne, inquit, aliquando ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida, & plene nulla, imò omnino interdum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertamus, quia si vel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia & petere & querere & pulsare ille concedit, qui ut hæc faciamus iubet.* Ita discimus non solum Iudæis sed & Christianis, non solum carnalibus, sed & spiritualibus gratiam talem sufficientem ad id faciendum quod jubetur frequenter subtrahi, atque ita subtrahi, ut nec pro tali gratia adipiscenda, deprecandi similis sufficiens gratia habeatur. Cujus doctrinæ vera ratio, juxta profundissimi Doctoris fundamenta, non est alia, nisi quia gratia sufficiens ad præcepta facienda cavendæque peccata, vera & magna & gratuita gratia est, quam spirat Spiritus ubi vult. Et hæc sufficiens gratia, juxta doctrinam ejus solidissimam, non est alia, nec, ut videtur, sine errore alia dici potest, quam illa quæ voluntatem facit facere; & in ea operatur re ipsa velle & operari. Itaque quamcumque gratiam potentialem hominis, sive iusto, sive injusto, sive Iudæo, sive Pagano adesse statuamus, nisi ipsam donaverit voluntatem & actionem, hoc est ipsam velle & operari, non est sufficiens gratia voluntatis & actionis. Amisum est enim illud pristina integerrimæque voluntatis æquilibrium, per quod ei, non sine gratia, sufficiente aderat posse si vellet, ita ut velle & nolle in ejus libero (non sine gratia) relinquere-tur arbitrio. Hoc æquilibrium, quia contrario appetitus libidinosi seu concupiscentialis genere, voluntatem ad mortem ulque corporis intimè penetrante ac possidente perditum est, non nisi medicinali illo adiutorio quo fiat ut velit, sanari potest. Non enim sufficit jam voluntati gratia, qua proficit ei lex ac doctrina si velit, sed agnoscenda est illa gratia quæ re ipsa faciat prædesse doctrinam: *quia gratia si desit, videmus etiam obesse doctrinam.* Hæc gratia verò sufficiens, quam vis per Salvatoris adventum jam revelata sit, multis tamen deest etiam in nova lege Christianis; sed sub veteri Testamento quo tegebatur, potè toti Iudæicæ nationi, paucis exceptis defuit.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

CAPVT SEXTVM.

Quis fuerit status veteris Testamenti & hominum sub eoiuentium fusè declaratur,

NAM quod recentiores Doctores gratiam Christi etiam in veteris Testamenti tempora & heredes tantà diffusionè distribuunt, ut non solum per illud sufficiens & semper præsens adiutorium legem implere, sed & salutem per Salvatoris sibi prædicati fidem adipisci possent, à veterum Theologia qui gratiæ intelligentiam nobis tradiderunt plurimum dissonat. Et quia iste & similes hallucinationes ex ignorantia veteris ac novi Testamenti, & scopi quem in utroque dando Deus habuit, in perisque nascuntur, non abs re fuerit ordinem ac naturam utriusque Testamenti, iuxta profundam Augustini mentem doctrinamque, declarare: quibus intellectis per se ipsum innotescet, quid de gratia sub illo Testamento data sentiendum sit, nec eò prolabemur absurditatis, ut præcellentiam novi Testameti à Jeremia & Ezechiele significatam, in eo tantum sitam arbitremur (quemadmodum nonnulli recentiorum arbitrati sunt) quod in eo abundantior gratia effusa sit, quam in veteri fuit.

Hoc igitur qui à radicibus intelligere velit, cōsiderare debet, esse vitam quandam hominis carnalibus sensibus implicitam, gaudijs carnalibus deditam, quæ carnalem fugiat offensionem, voluptatemque seclatur. Hujus vitæ felicitas temporalis est, à qua vita incipere necessitatis est, quamvis in ea persistere voluntatis. In hac quippè ex utero matris infans funditur, huus offensiones quantum potest fugit, hujus voluptates appetit, nihil amplius valet. Sed postquam in eo ratio exacta vigila verit, poterit, adjutà tamen divinitus voluntate, eligere alteram vitam cujus in mente gaudium est, cujus interna & æterna felicitas. Nam inest homini anima rationalis; sed interest, rationis usu quòdam potius convertat voluntatē, utrum ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorisq; naturæ: hoc est, utrum, ut corpore ac tempore, an verò ut divinitate ac æternitate perfruatur. In quadam quippè medietae posita est, infra se habens corporalē creaturam, supra se autem animi sui & corporis creatorem. Sicut ergo bona sunt omnia quæ creavit Deus, ab ipsa rationali creatura usque ad infimū corpus; ita bene in his agit anima rationalis, si ordinem seruet, & distinguendo, eligendo, pendendo, subda: minora majoribus, corporalia spiritualibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorum neglectu & appetitu inferiorū, quoniam hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum in pejus mutet: sed potius & se & corpus suum in melius ordinata charitate convertat. Cūm

A igitur divina providētia, qua pertingit à sine usq; sap. 3. ad suum fortiter & disponit omnia suaviter, neque carnalem illam vitam sive parvulorum sive majorum, solis carnalibus desiderijs deditam negligat, sed illam quoq; mirā sapientiæ & benignitate moderetur, ut & in illa quidam civilis honestatis vel splendor luceat vel iustitiæ forma per pœnarū corporaliū comminationes, præmiorū carnalium promissa servetur, voluit in integro quodam populo patefacere ad curam suam etiam illā vitam atq; ejus bona malaq; pertinere. Itaque ostendere volens Deus terrenam temporalemque felicitatem donū suum esse, nec aliud nisi ab ipso, non à dæmonibus, falsis Dijs sperari oportere, prioribus præsentis seculi temporibus, dispensandum judicavit Testamentum veteris, quod pertineret ad hominem veterem, hoc est, carnalem, carnalibus voluptatibus inhaerentem, à quo ista vita necesse est incipiat; posterioribus novum reservavit, quo bona spiritualia largiretur. Nimirum ut anima etiam infima ista bona, quibus desiderandis ejus infirmitas implicata est, non nisi ab uno Deo omniū Creatore desiderare, & si capacitas ejus ferat, ad intelligibilia desideranda surgere doceretur. De quo S. Aug. tum alijs locis,

tum præclare l. 22. contra Faustum: *Eam rerum dispensationem ac distributionem temporum vido poscebat, ut prius appareret etiam ipsa bona terrena, quibus & humana regna & ex hostibus victoria deputantur, propter qua maxime civitas impiorum diffusa per mundum supplicare idolis & dæmonibus solet, non nisi ad unius veri Dei potestatem atq; arbitrium pertinere. Unde & vetus Testamentum secretum regni caelorum tempore oportuno aperiendum, promissionibus terrenis operuit, & quod annuò umbrosus opacavit. Et paulò post addit, istis veteri Testamento deū docuisse bona temporalia à se petēda; novo verò,*

C *propter se contemnenda. Et l. 10. de Civit. Sicut unius hominis ita humani generis quod ad Dei populum pertinet, institutio, per quosdam articulos temporum, tanquam astatum profecit accessibus, ut à temporalibus ad æterna capiendā, & à visibilibus ad invisibilia surgeretur, ita sane ut etiam illo tempore quo visibilia promittebantur divinitus præmia, unius tamen colendus commendaretur Deus, ne mens humana vel pro ipsis terrenis vita transitoria beneficijs, cuiquam nisi vero anime. Creatori ac Domino subderetur. Ut videlicet ab illius cultu in istorum desiderio, ad Idola colēda non recederet, ad quem contemptu eorū, & ab eis aversione, pertingitur. Et in Ps. 34. cūm docuisset quosdam homines æterna tribuere Deo, dæmonibus temporalia, quorum amoribus implicati ad eorum cultum defluunt: Contra istam, inquit, opinionem divina providentiā vigilavit, ut ostenderet Deus ad se pertinere ista omnia, & in sua esse potestate, non solum*

eterna, quæ in futuram promittit, verum etiam temporalia, quæ in terra dat, quibus voluerit & quando voluerit oportet. Sciens cui det, cui non det, tanquam medicus medicamentis, sciens melius morbum ægroti quam ipse ægrotus. Ut ergo Deus hoc ostenderet, distribuit tempora veteris ac novi Testamenti. In veteri Testamento promissiones sunt rerum terrenarum, in novo autem regni celorum. Propter hanc igitur causam & hanc utriusque Testamenti differentiam, nihil omnino spiritale in veteri Testamento promittitur, sed sola carnalia, quæ veteri homini ac vitæ congruunt, divitiæ, opulentia, victoriæ, pax temporalis, regnum, gloria, & huiusmodi, eaque de causâ

Lib. de gestis veteris Testamenti appellatur: In illo Testamento Pelag. 1. 5. quod verus dicitur, & datum est in monte Sina, non invenitur promitti apertissime nisi terrena felicitas. Unde illa terra, quæ est populus introductus, & per eum ductus, Terra Promissionis vocatur, in qua pax & regnum & ab inimicis victoriarum reportatio, & abundantia florum ac fructuum terrenorum, & si qua huiusmodi, hæc sunt promissa veteris Testamenti.

Hoc autem Testamentum in quo sola terrena promitterentur, congruis hominibus dedit, hoc est, carnalibus, sola terrena diligentibus, qui spiritualium rerum incapaces, nondum possent ad ea magnipendenda ac diligenda traduci, idque non ea de causa, ut per huiusmodi Testamenti promissiones & observationem, eorum salus æterna in tuto locaretur, vel etiam de propinquo curaretur; sed ne res illas quas carnali vitiosoque amore diligebant, à dæmonibus quærent: Notum esse iam debet, inquit Augustinus, carnali adhuc populo congruenter carnalia & temporalia præmia fuisse promissa. Et ibidem inferius post interposita nonnulla: Dicimus ita esse numerâ Dei, ut tamen sint infirma & in comparatione salutaris confessionis, non solum amittenda, sed utro etiam projicienda; carnalibus tamen hæc amantibus, & nondum capientibus promissa caelestia, ne ab idolis ac dæmonibus ista peterent, utiliter à Domino Deo esse pollicita. Et in tractatibus in Ioannem: Quia non poterant capere invisibilia, per visibilia tenebantur. Quare tenebantur? Ne penitus interirent, & ad idola laborarent. Nam fecerunt hoc fratres mei sicut legitur. Nempe cum obliti tam prodigiosæ liberationis, vitulum in deserto coluerunt. Quod cum commemorasset Augustinus, adiungit: Quibus ergo modis teneretur populus talis, nisi promissis carnalibus? Et libro de vera Religione apertissime dicit, Iudæos sola temporalia & visibilia bona de Deo expectasse. Et in

Lib. contra Adimantum cap. 28.

Tract. 2. in Ioannem.

Lib. de vera Relig. c. 5. In Psal. 72.

In fragm. serm. de Agar & Israhel.

Hoc solum pro magno otium eos habuisse, quia liberati erant temporaliter, à quibus tunc opprimebantur &c. Hinc solum eos laudasse Deum. Nempe ut jam audivimus, ac sapientius inculcat Augustinus, quia tam crassus & carnalibus animis spiritualia non capiebantur.

Cum igitur talibus Testamenti sui promissis inhiarent, cultus internus quo Deum talium bonorum largitorem colebant, isti dilecti mi velut cardini eunctorum motuum congruis respondebat. Nimirum & dilectio Dei ea nobis erat. Talis est enim amor quo

A quempiam diligis, qualis causa propter quam diligis. Si enim diligis propter Deum, purus amor est, vera dilectio Dei, sincera charitas; si propter carnalia, non gratuitus, sed mercenarius est, ideoque impurus, carnalis, vitiosus: quem verius amorem creaturæ dixeris quam Creatoris. Nam ut de illis ipsis Augustinus dicit: Qui propter beneficia terrena Deum quærebant, non utique Deum, sed illa quærebant: quia eo modo timore servili non liberali dilectione Deum colitur. Sic ergo Deus non colitur, hoc enim colitur quod diligitur. Tota itaque spes, tota charitas eorum erga Deum, totusque cultus erat carnalis, ideoque vitiosus. Nam & avari strenue Deum diligunt velut satelitum suæ cupiditatis, orant Deum, laudant, colunt, gratias agunt, quod horrea frumento, vino torcularia redundaverint.

Nec pro hac vita tantum, sed & pro futura hoc ipsum sperabant à Deo, quod in ista diligebant, & quo nihil altius vel amare poterant vel cogitare. Audi eundem Augustinum: Fortasse tu dicis: Ideo eum colam quia dabit mihi villam, non tamen temporalem. Nihilominus adhuc corruptam mentem geris. Amore enim casto non colis, adhuc mercedem expeis. Ea enim vis habere in futuro seculo, quæ hic necesse est relinquat. Mutare vis voluptatem carnalem non amputare &c. noli ergo talia sperare tibi danda à Deo, qualia hic iubet contemere. Hæc enim sperabant Iudæi, ideo turbabantur in illa questione, Nam & ipsi resurrectionem sperant, sed ad tales voluptates corporis se sperant resurrecturos, quales hic amant viventes. Et in Psalmum sexagesimum quintum: Hanc spem promissam sibi Iudæi tenebant, & de bonis & quasi iustis operibus multum gloriabantur, quod acceperant legem, secundum quam vivendo, & hic haberent bona carnalia, & in resurrectione mortuorum talia sperabant, de quibus hic gaudebant. Nam ut paulo inferius: luculento argumento probat: Procul dubio Iudæi non fatigarentur, non descerent in ista questione, quam cum Sadducæis agitant in Evangelio, si non talia sibi in resurrectione sperarent, qualia in hac vita.

Nec verò ista omnia, quæ de carnalibus istis animis filiorum veteris Testamenti diximus, de improbis intelligenda sunt, sed potius de illis qui probiores esse viderentur. Nam quemadmodum sub novo Testamento duplicis ordinis Christiani sunt, alij infirmi sive errore sive dilectione, alij fortes, utriusque tamen Christiani sunt, novæque legis filij; ita & in Testamento veteri quidam erant infirmi, qui non solum diligebant temporalia, sed vel non servabant etiam carnaliter iustitiam datæ legis, vel propter illa bona consequenda, etiam in idolorum cultum subinde labebantur: quidam verò fortiores atque probiores, qui propter eadē illa promissa bona adipiscenda constanter in hærebant uni Deo, & legem sibi datam carnaliter, hoc est, ex illa carnalium bonorum dilectione servabant. De quibus duobus generibus Augustinus explicans allegoricè mulieres atque parvulos: Quod mihi videtur, inquit, ad hoc pertinet, quæst. 11.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

In Psal. 77.

vere, ut intelligamus & in populo veteris Testamenti fuisse quosdam infirmos ad implendam iustitiam (carnalem ex dilectione carnali) qua secundum legem est, in qua iustitia Paulus Apostolus sine querela se converteratum esse dicit. Fuisse item alios qui facile seducerentur in cultum idolorum. Quae duo genera, id est, infirmitatis & erroris, mulierum & puerorum nominibus figurata sunt. Audistis quales essent veteris legis improbi. Audi nunc quales fuerunt improbi: Synagoga ergo, id est, qui Deum ibi celebrant, sed tamen PROPTER TERRENAS RES, propter ista praesentia. Sunt enim impii, qui praesentium rerum bona a demonibus querunt. Et paulo post: Cum ergo illi per secundum carnem attendere, id est, illa Synagoga, qua erat in bonis &c. putavit hoc pro magno dare Deum, nec habere melius quod dare posset diligentibus se & servientibus sibi. Ecce qualis pietas fuerit verae Synagogae, hoc est, verorum filiorum veteris Testamenti. Nempe talis, qualem necesse erat ex temporalium rerum dilectione carnali proficisci. Impossibile est enim, ut ex huiusmodi dilectione alius Dei cultus pietasque nascatur. Nam si quis altius aliquid illo tempore de Deo sapiebat, puriusque Creatorem, quam temporalium consequendorum amore diligebat, legemque servabat, carenus non iam Synagogae, sed Ecclesiae filius, non veteris Testamenti, sed novi haereres fuit. Nam proprie qui propter illa terrena suscipit legem Dei ipse est haeres veteris Testamenti: ea quippe secundum veteris Testamentum promittuntur atque tribuuntur qua secundum veterem dominum concupiscuntur. Unde non veretur idem dicere, quod veteris Testamentum habens promissa terrena, hoc videtur suadere ne gratis colatur Deus, sed quia aliquid dat in terra. Hoc est, videtur quasi advocare a sincero amore Dei, qui placens Deo, solus perducit ad Deum: ille enim insufficienter apud Deum, qui eum gratis colit, non scilicet cupiditate aliquid ab ipso appetendi, praeter ipsam aut timore amittendi. Quod ex veteri Testamento nullo modo obtineri potest.

Ex quo fiebat, ut Synagoga considerata ut Synagoga, non esset aliud quam terreni populi turba, hominumque carnalium congregatio solis terrenis & carnalibus incubantium, & propter illa sola colentium unum Deum. Quamobrem Augustinus dicit: *Vetus Testamentum tenebris & umbra mortis datum esse; Nempe hominibus ex magna caecitate cordis nihil omnino nisi carnalia diligentibus, sectantibus, expectantibus, cogitantibus, ideoque quantumcumque legem sibi datam observare viderentur, & in legis iustitia sine querela ambularent, a vera cordis iustitia & regno caelorum assequendo valde remotis. Animum enim creaturae rationalis solis rebus terrenis, Deoque propter sola terrena inherere, valde vitiosum est, puritatisque caelestis regni adipiscendi necessariae ex diametro contrarium: si illi, inquit Augustinus, inexcusabiliter terrenis indaerent, quibus ipsum novum Testamentum nondum fuerat revelatum, quanto inexcusabiliter terrena sectantur, qui-*

bus iam promissa caelestia in novo Testamento revelata sunt? Et in epistolam ad Galatas exfertius de populo veteris Testamenti: Quibus terrenis promissis irretiti, & que tantummodo sperantes de Deo, non admittuntur ad hereditatem spiritalem caelestis patrimonij. Ut propterea nemo mirari debeat, si Testamentum vetus ad animae salutem, regnumque caelorum assequendum, Synagogae filijs Testamenti illius haereditibus non multum profuisse statuamus.

Sed ille rector caelorum ac terrenorum qui propter dilectorum suorum salutem universa dirigit, ad scopum suum contorquens profunda torrentis, fluxumque seculorum ordinans turbulentum, populum tam carnalem, etiam nescientem, in magnarum rerum usus assumpsit. Cum enim Filium suum unigenitum ad generis humani reparationem assumenda carni colligendoque novi Testamenti populo seu Ecclesiae destinasset, eaque res esset omnium divinatorum ac mirabilium operum maxima, ingentem quasi ministrorum praecurrentium apparatus, futurumque ejus adventum vaticinantium praemittendum esse censuit; ut ex ingenti illa Prophetarum serie secuturi Regis magnitudo nosceretur, & ex illa tam celebri praemissione, tantae magnitudinis horror evanesceret: Per multam seriem temporum & annorum praedicendus fuit: non enim aliquid parvum venturum fuit. Quanto maior iudex veniebat, tanto praecorum longior series praecedebat. Et alibi: Hoc ergo totum prophetandum fuit, praenuntiandum fuit, vaticinandum fuit: ut non subito veniens horreteretur, sed creditum expectaretur. Itaque non contentus Filium suum incarnandum & immolandum, singulorum quorundam hominum vel sacrificio, vel voce, vel angelica praedicatione prophetaisse, universum illum Iudaeum populum, tanquam Regnum quoddam excitavit, quod instar magni Prophetae per aliquot annorum centurias viventis atque vaticinantis, omnibus suis sacrificijs, & sacramentis, & caeremonijs, & poenis, & praemijs, & prosperitatibus, & adversitatibus, omnibus denique membris suis, tam Regibus quam Sacerdotibus, atque ipso populo Christum illum Domini totum, hoc est, Caput & Corpus, Sponsum & Sponsam, Christum & Ecclesiam praefigurando venturum, totamque disciplinam ejus in effigie exprimendo, quasi ingenti celeberrimaque voce loqueretur. Unde Augustinus tradit, Christi nomen & Ecclesiam ita praenuntiatam, sicut nunc exhibetur, non per quemlibet de cavernosis latebris procedentem, sed Lib. 13. con-

quadam gente, & quodam Regno ad hoc propagato tra Faust. & insituit, ut ibi de illo cuncta figuris praenotarentur, quae nunc expressa rebus agnoscerentur. Et alibi adversus eundem Adversarium: Hoc primum dico illorum hominum non tantum linguam, verum etiam vitam fuisse propheticae: totumque illud Regnum Gentis Hebraeorum magnum quendam, quia & magni cuiusdam fuisse Prophetam. Quod accuratius declarat in libris de Civitate Dei: Populus Lib. 7. de Hebraeo- Civit. c. 32.

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

En epist. ad Galat.

Tract. 31. in Iohann.

In praefat. in prophetandum fuit, praenuntiandum fuit, vaticinandum fuit. Psal. 109.

Lib. 13. con-

Lib. 22. c. 24.

Lib. 7. de Hebraeo- Civit. c. 32.



Lib. 7. de
Civ. c. 32.

Hebraeorum in unam quandam Rempubliam, quae hoc sacramentum ageret, congregatus est, ubi per quosdam scientes, per quosdam nescientes, id quod ex Adventu Christi usque nunc & deinceps agitur praeannuntiaretur esse venturum &c. Omnes enim non solum prophetae quae in verbis sunt: nec tantum praecepta vitae, quae mores pietatis conformant, atque illis litteris continentur, verum etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum sive templum, altaria, sacrificia, caeremonia, dies festi, & quidquid aliud ad eam servitutem pertinet, quae Deo debetur, & gratiae propriae Patria dicitur, ea significaverunt, & praeannuntiaverunt, quae propter aeternam vitam fidelium in Christo & impleta credimus, & impleri certimus, & implenda confidimus. Quapropter alibi dicit, Deum ab ista gente cultum fuisse prophetae sane ritu, hoc est significativo futurorum quandoquidem ipsum REGNUM MAGNVS QUIDAM PROPHETA fuit, ubi Rex & Sacerdos ungebantur; hoc est, illa unctione Christi fiebant, ut uerque Christum Dominum suum figuraret.

Cum igitur Testamentum vetus proprie in illis praeceptis vitae, quatenus in tabulis scribebantur, & in illis externis ritibus divini cultus rerumque terrenarum praemijs, earum observatione promissis constitutum sit, quae omnia rerum futurarum essent praefigurativa documenta, profecto nihil aliud fuisse Testamentum illud perspicuum est, nisi magnam quandam quasi Comaediam, quae non tam propter seipsam, quam propter id cui praefigurando serviebat, hoc est, propter Testamentum novum, ejusque Principem & haeredem Ecclesiam, ab illa Gente tanquam ad hoc idonea ageretur. Quandoquidem enim carnalibus implicata studijs & amoribus terrenaeque felicitati venandae dedita caelestium atque spiritualium incapax esset cogitationum, quid congruentius, quam ut illa quae inutilis esset salutis suae, saltem alienae figurandae procurandaeque serviret. Hinc est enim quod eam servilem ac servam frequenter Augustinus vocet, totumque Testamentum istius observantiam veteris hominis servitutem. Non enim tantummodo more servorum, propter temporalem vilemque mercedem serviebant Deo, legisque sibi traditae iustitiam sectabantur, sed hoc ipsum quicquid & essent & agerent & paterentur, novo populo aeternitatis haeredi serviebat, in cuius Ecclesiam, & Salvatorem, & salutem, & salutis instrumenta, gratiam videlicet & sacrificium, & sacramenta representanda & prophetanda referebantur. Umbra sane quaedam Civitatis huius, Ecclesiae peregrinantium, inquit Augustinus, & imago prophetica ei significanda potius quam presentanda servivit in terra, quo eam tempore demonstrari oportebat. Quod explicans magis inferius: Pars enim quaedam terrena Civitatis, quae in omnibus impijs per totum mundum sparsa est, imago caelestis Civitatis effecta est, videlicet Respublica Iudaeorum, non se significando, sed alteram, & ideo serviens. Neque enim propter seipsam, sed propter aliam signandam est instituta. Quamobrem id quod dictum est de

Lib. 15. de
Civ. c. 2.

duobus populis: Maior serviet minori, nemo forte nostrorum, ait, aliter intellexit, quam maiorem populum Iudaeorum minori populo Christiano servitutum.

Ex quibus utcumque perspicere potest, cuiusmodi esset status filiorum veteris Testamenti. Nimirum quemadmodum nulla nisi veteris hominis bona diligebant, ita nulla nisi ipsius mala metuebant. Ex isto amore atque timore decalogum carnaliter boni custodiebant, vel potius sibi custodire videbantur, mali etiam aperte violabant. Ex isto amore atque timore templa, sacrificia, sacramenta frequentabant, totumque durissimum illud caeremoniarum praefigurarum jugum serviliter sustinebant. Ex isto amore atque timore tota eorum iustitia nascebatur. quam Apostolus, quamvis in lege conversatus sine querela, arbitratus est ut stercorea. Cardinem enim voluntatis rapiebat, non fides, quae per veram Dei dilectionem operatur, sed ut non semel Augustinus docet, Terrena cupiditas, cujus fomentum ac premium lex illa ex professo promittebat, metusque carnalis, hoc est, terrenam felicitatem vel cupiditate adipiscendi, vel timore amittendi. De cuiusmodi praepiorum Dei observatione subjungit Augustinus: Sic autem praepia qui facit: procul dubio non facit: ac per hoc in animo NON FACIT. Mavult enim omnino non facere, si secundum ea quae cupit & metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipsa voluntate intus est reus, ubi ipse qui praecipit, inspicit Deus. TALES ERANT FILII TERRENAE HIERUSALEM. Et rursum inferius: Hi ad vetus pertinent Testamentum, quod in servitutem generat: quia facit eos carnalis timor & cupiditas servos, non Evangelica Fides, Spes, & Caritas liberos.

Hanc igitur filiorum veteris Testamenti conditionem quisquis attentè consideraverit, videbit utique non multum eos gentilibus praestitisse: amor enim huius mundi, qui Augustino teste, non est à Deo, amor fruendi creaturis in utrisque dominabatur. Ex quo & inter gentes, maximeque Romanos, nonnulli carnalem illam iustitiam cum Civibus & hostibus coluerunt. Sed in eo erat eorum qui boni inter illos erant, praefigurarum, Romanisque praefigurarum, quod isti boni à Deo vero, non ab Idolis ac daemionibus, ut Gentes impijque Iudaei, concupitam promissamque felicitatem expectarent. Quo fit ut quamvis cordis interni cardo per huius mundi dilectionem à Deo vero, sicut & gentium recederet, non tamen eoque ut in daemonia aut Idolia laberentur. Agnovit hanc Synagoga veteris à Gentibus discrepantiam, & expressit Aug. Hic, inquit, populus ideo melior erat gentibus, quod quamvis praesentia bona & temporalia, tamen ab uno Deo querebat, qui est creator omnium & spiritualium & corporalium. Et alio in loco: Ille ergo recessit à Deo, sed non longe: quia quasi pecus factus sum, & ego semper recum, illi vero longe recesserunt: quia non solum terrena desideraverunt, sed ea à daemionibus & a diabolo petierunt.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM

Non affuisse hominibus sub lege viventibus gratiam sufficientem servandi legem vel ullum præceptum ejus.

EX qua sanè conditione, & interiori statu Synagoga naturâque veteris Testamenti facile liquet, quid de gratia sufficienti Testamenti illius hereditibus data, ad custodiendum decalogum ac legem Dei, salutemque spiritalem animæ consequendam, arbitrandum sit. Idem videlicet quod de illâ eadem gratiâ in gentiles effusâ, statui debet. Nam quamvis Testamentum istud, hoc ipso quo bona temporalia, velut minima à Deo expectanda proponebat tacite quoque docere videretur, æterna bona ab eodem illo Deo petenda; hoc ipsum tamen quod insinuat docendo, non præstabat largiendo, nec ullam omninò ad hoc præstandum gratiam dabat, sed animos in eadem terreni amoris glaciæ fixos obduratosque relinquebat. Ut sanè ex veteri Testamento non major eis servandæ spiritualiter legis facilitas accederet, quam antequam illud susceperint. Nam hujusmodi facilitatem & sufficientiam dare, novo Testamento proprium est. Istud enim ex propria sua ratione qua à veteri Testamento discernitur, tollit amorem veterem; quo juxta vetus Testamentum terrena diliguntur, & inspirat novum, sine cujus inspiratione vel totam legem, vel ullum ejus præceptum servare impossibile est. Nam nisi quis ipsam legem aut præcepti justitiam dilexerit, quæ dilectio, ut alibi probavimus, non est alia nisi illa vera, pura, legitima, laudatâque charitas Dei, quam solus per novi Testamenti gratiam inspirat Deus, nulla habetur legis observatio, nec ulla haberi potest, nisi forè terrena & animalis, ex amore vel timore rerum temporalium, in qua nonnulli gentiles, haud secus ac veteris Testamenti hæredes, tanquam justitia sua gloriantur. Plurimis locis hoc sanctus Augustinus tradit, apud quem nihil ista sententiâ celebratius, qua identidem dicit, *Charitas implet legem, quam ex illo Apostolico expressit: plenitudo legis est dilectio.* Hoc autem non intelligit Augustinus de alia charitate seu dilectione Dei, quam qua ipsius præcepti justitia & rectitudo diligitur. Deus est enim rectitudo & justitia; sine qua docet non posse servare legem Dei, non solum totam, sed nec unum præceptum ejus, non solum supernaturaliter, meritorie & hujusmodi (quæ à Doctoribus recentioribus, doctrinam ejus non satis penetrantibus excogitata sunt) sed ita non posse servari ut peccati fugiatur. Quamdiu enim animus non erigitur ad ipsam æquitatem præcepti diligendam, nullo modo ipsum præceptum facit aut diligit, sed aliud quod intuetur. Tandem enim concupiscentia, hoc est, cupiditas assequendi, aut timor

Amittendi alicujus commodi temporalis animo dominatur. Cum enim cupiditas ac timor rerum temporalium sola justitiæ dilectione obruatur & extirpetur, necesse est ea tandem animo dominari, quamdiu justitia non diligitur. Ex illis autem quisquis præceptum facit, necessario illud in virtus facit, ideoque potius ex transgressa lege reus est, quam ex observata laudandus; quamvis exterius eam observasse videatur. De quibus alibi falsus diximus, & adhuc dicturi sumus. Hic unum aut alteram locum delibasse satis est: *Ab hoc reatu graviore liberat gratiâ Spiritus sancti per Corinsum, qua diffusâ charitate in cordibus nostris donat iustitiâ dilectionem, qua immoderato concupiscentiâ superetur.* Et in libro secundo contra adversarium legis & Prophetarum: *Bona est ergo lex que hoc dicit (non concupisces) sed ubi non adeit vivificans spiritus, hæc ipsa lex quam bonam dicit, occidit: quia peccati virtus est, cum per illam operatur omnem concupiscentiam, inflammando (desiderium per) prohibitionem, quod non extinguitur per iuventem litteram timore poenæ, sed ter iuventem spiritum dilectione iustitiæ.* Hoc est, illud desiderium concupiscentiæ quo peccate delectat, non aufertur homini iussione legis, quæ solam poenam timeri facit, multò minus alia concupiscentiâ alterius rei temporalis, sed solo contrario desiderio non peccandi seu benefaciendi, quod est ipsa justitiæ dilectio. Sic enim explicat hanc impossibilitatem observandæ legis sine dilectione justitiæ ipsius legis, multis alijs locis: *Potuit, inquit, esse intus in affectionibus pravis pravitator legis, & tamen conspicua opera legis implere vel timore hominum, vel ipsius Dei, sed poenæ formidine, non dilectione et delectatione iustitiæ.* Et quid est hoc, dilectione ac delectatione justitiæ? Audi: *Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset impune permitti. Nam sic profectò in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate sed timore non peccat. Hoc est, qui non voluntate non peccandi, seu voluntate benefaciendi, seu dilectione justitiæ, sed timore non peccat. Odium enim peccandi, & voluntas benefaciendi, seu dilectio justitiæ ex eodem fonte nascuntur, augentur ac minuuntur. Tantum enim quisque peccatum odit, quantum iustitiam diligit, quod non poterit lege terrente per litteram, sed Spiritu sanante per gratiam.* Et in Psalmum trigésimum secundum, eandem tradit impossibilitatem implendæ legis sine dilectione justitiæ: *Implebis amore, nempe justitiæ, quod timore non poteris. Qui enim timendo non facit male, mallet facere si liceret. Itaque etsi facultas*

Vile lib. 7. de grat. Christi Salvat. à cap. 12. usque in finem. Lib. de fide operibus c. 23. Lib. 2. contra adversar. legu. & P. phet. cap. 7.

Epi. 144.

In Psal. 32.



non datur, voluntas tenetur. Non facio, inquit. Quare? Quia timco. Nondum amas iustitiam, adhuc servus es &c. Quando incipit amare iustitiam nisi quando mallet furta non esse, etsi gehenna non essent, in quas fures mittentur? Hæc est, amare iustitiam. Et ipsa iustitia qualis est? Quis illam pingit? SAPIENTIA DEI, quoniam pulchritudinem habet? Per illam pulchra sunt omnia &c. Hoc est, illa iustitia que in præcepto faciendo diligere debet, est ipsa sapientia & æquitas & rectitudo DEI. Et in questionibus super Deuteronomium: Homo potest facere opus legis per charitatem iustitiae, quod non potest per timorem panis. Quæ charitas, inquit ibidem, gratia est novi Testamenti. Et in commentario epistolæ ad Galatas, cum docuisset Iudæos opera bona ex timore fecisse, quo timebant præsentem vitam suam, utpote quam diligebant: Ideo, inquit, quedam opera legis implebant, quæ in sacramentis sunt, id est, ceremonialia, illa vero quæ ad bonos mores pertinent, implere omnino non poterant. Non enim implet ea nisi Charitas. Et quænam illa Charitas? Quidam respicit, quidam diligit? Quæ est bonum si propterea non occidit aliquis, ne & ipse occidatur (id est amare, quod vel timore amittendæ vitæ suæ) non implet præceptum iustitiæ: sed si idem non occidat, quia iniustum est, hoc est, quia repugnat iustitiæ quam diligit, etiam si ut facere possit impune, non solum apud homines, sed etiam apud Deum.

Ex quibus allatis Augustini testimonijs, alijsque non paucis quæ passim obvia sunt, perspicue elucet, non modo non totam legem, sed nec unum impleri præceptum posse, sine dilectione seu charitate iustitiæ, idque non implezione tantum supernaturali vel meritoria, sed ita ut oportet, hoc est, ita ut non divitiis, honorem, regnum, vitamque suam temporalem & huiusmodi, quæ Pagani non minus quam Iudæi diligunt, sed ipsum præceptum, hoc est, ipsam præcepti rectitudinem & æquitatem spectet animus: quam nisi spectet, hoc ipso necesse est eum à temporalium rerum quarumcumque desiderio superari. Nam tale desiderium, ut optimè statim August. dixit, non extinguitur per iubentem literam timore panis, sed per Spiritum DILECTIONE IUSTITIÆ. Et ut alibi dicit: Carnalis cupiditas, quæ peccati augetur, cupiditate alia non sanatur. Qui enim aliter præceptum implet, quam illa sublimi & spiritali dilectione iustitiæ, quæ adhuc animus careat, non exiit carnalem cupiditatem, sed mutat, imò ipsam iustitiam, quam nondum diligit, pro rei quam diligit, affectuione paratus est prætermittere. Quod præclare in eisdem Epistolæ commentario sanctus Augustinus docet, quando dicit, quod sub lege ante gratiam, qui status Iudaicæ Synagoga veterisque Testamenti proprius fuit, prohibetur quidem homo, & conatur a peccato abstinere se, nempe ex illo amore cuiuscumque rei temporalis, sed vincitur: quia nondum iustitiam propter Deum & propter ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi vult (præceptum servando) ad conquærendum terrena servire. Et quid loqui solet

ex tali amoris perversitate? Ita que ubi videtur ex alia parte ipsam, ex alia commodum spirituale, trahitur pondere temporalis cupiditatis, & relinquitur iustitiam. Quam propterea tenere conabatur ut haberet illud, quod se nunc videt amittere, si illam tenuerit. Oritur igitur non ex aliqua positiva lege dei, non ex aliqua extranea boni operis conditione, quæ debeat esse supernaturalis secundum substantiam, aut modum; aut meritorium, aut aliquid huiusmodi: sed ex ipsa natura rei, eo quod nullum præceptum impleri possit, ullius rei alterius amore quam dilectione iustitiæ, quæ præceptum sanxit: & ex qua latum fuit. Quicquid enim aliud animus, præceptum quasi servando, appetierit, iustitia carnalis erit & animalis, qualis avarorum cum aliena restitunt, ne sua rapiantur. Animus quippe manet terra affixus, & ex eo quod vult, potius reus, quam ex eo quod voluit, commendabilis. De quo præclare idem Augustinus: Quicumque inter Iudæos facebant quod lex iubebat, non adiuverunt Spiritu gratia timore plena facebant (sub quo amor) ex quo nascitur ille timor comprehenditur) non amore iustitiæ: ac per hoc coram Deo non erat in voluntate, quod hominibus apparebat in opere, potiusque in illo reus tenebatur, quod eos noverat Deus malle, si fieri posset impune. Hæc autem iustitia in præcepto diligendo, non est alia nisi illa incommutabilis & æterna regula æquitatis; nec illa est alia nisi veritas & sapientia Dei, atque ipse Deus, quemadmodum alibi fusè ex professo demonstravimus. Ut proinde nihil mirum sit quod ex Apostolo toties Augustinus clamat: Legem non implet nisi charitas. Plenitudo legis est dilectio.

Quæcum ita sese habeant, iam consequenter liquet, quam incongruè dicatur, tam carnalibus animis gratiam affuisse sufficientem, præcepta morum ex ista sublimi & spiritali iustitiæ dilectione servandi, quibus idem hoc ipsum vetus Testamentum, terrenaque ipsius præmia promissa ac data sunt, quod (ut supra vidimus) spiritualium rerum incapaces essent. Quia non poterant capere invisibilia, per visibilia tenebantur, inquit Augustinus: Carnalia promittebantur, quia spiritalia non capiebantur. Carnalia amabant, & nondum capiebant promissa celestia, inquit Augustinus: Terrenis solis imbuti, qui meliora cogitare non possunt, inquit de illis isdem Augustinus. Quomodo igitur sufficientem gratiam habeant implendi legem, & quod multo mirabilibus adipiscendæ salutis, qui meliora temporalibus capere, imò cogitare non poterant? Ex quo fit ut toties confidenter Augustinus dicat, quemadmodum supra declaravimus, quod sub lege non erat gratia; quod non fuit qui adiuverat; quod remanserat nisi lex sine gratia; quod litera sine Spiritu reos facebat; quod ubi gratia non erat auxilio prohibito desiderium; quod sub lege erant rei ante gratiam Dei; quod nondum accepta gratia, concupiscentia resistere non poterant, & huiusmodi non pauca. Ex quo fit etiam ut consentaneè talis gratiæ subtractioni & Spiritus adjuvantis absentia dicat: Sic illi Synagoga filij, cobibendi fuerant a peccatis, usque

Quæst. 15. super Deuter.

In Epist. ad Galatas.

Lib. 3. ad Rom. c. 4.

In commentario epistolæ ad Galatas.

Handwritten marginal note in Latin script, possibly 'L. Augustinus'.

Vertical marginal notes on the right edge of the page, including references to 'Tract. 1. in Iud. Epist. 22.' and 'Lib. 4. in Gen. 4. 14.'

atque timendo ne pœnas sensibiles paterentur, QUIA NONDUM POTERANT AMARE IUSTITIAM. Et quod huic impotentiae conjunctum est: Quoniam spiritum servitutis accipiunt, qui præcepta datæ legis implere non possunt, dum serviunt desiderijs carnalibus. Usque adeo ut & ipsum Apostolum Paulum, quamdiu sub lege constitutus erat, sanctus Augustinus dicat fuisse præceptis captivum, sed non efficacem, & ideo prævaricatorem legis. Non quod Augustinus dicere

velit, homines improbos in hac vita mutari non posse, sed talem fuisse istorum hominum sub lege viventium internum animi statum, tantamque gratiæ sufficienter adjuvantis egestatem, ut spiritalem illam iustitiam quam cogitare non poterant, amare non possent, neque consequenter præcepta legis adimplere, quæ impleri sine iustitiæ diuisione non possunt.

CAPVT OCTAVVM.

Status veteris Testamenti figurativus & propheticus non afferebat Iudæis gratiam sufficientem, sed potius impediendam.

Quanta fuerit in Iudæis servitus & ignorantia gratiæ, & Auctoris ejus.

N E e verò aliquis arbitretur ex isto tam multiplici figurarum apparatu quibus Christum & gratiam ejus quasi prophetantibus Testamentum vetus abundabat, plus aliquid sufficientis adiutorij Iudæis accessisse. Qui hoc existimat, nondum ad liquidum istius naturam legis ac statum gentis intelligit. Nam quamvis auctor gratiæ, & ipsa gratia tot figuris undique oculos auresque ferientibus obijceretur, carnalibus tamen sensibus eorum ænigmata videbantur, atque erant abstrusissima. Fallitur enim qui putat, eis & Christum & gratiam ejus ita apertè fuisse prædicatam, quemadmodum sub nova lege prædicatur, ut eorum agnitiō esset popularis: *Obtusi sunt, Apostolo teste, sensus eorum: Et usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Erant enim admodum pauci qui spiritualia in carnalibus præfigurata intelligerent, pauciores qui intellecta sperarent ac diligerent paucissimi quibus dilectio illa spiritualis per sufficientem gratiæ adiutorium corrigeret carnales mores, æternaque vitæ percipiendæ spirituali præceptorum observatione prepararet.

Nam ut de intelligentium paucitate pauca dicam. Non erat tunc tempus illa mysteria revelandi, in quibus cognoscendis ac diligendis est vita salus. Hoc enim novo Testamento & ejus Auctori servabatur. Vnde illud tam celebre sancti Doctoris pronuntiatum: *In veteri Testamento est occultatio novi, in novo manifestatio veteris.* Si enim in novo Testamento, quamvis æternæ salutis prædicandæ & largiendæ dedicatum sit, videmus tamen tam multis agnitionem veritatis, sine qua homines salvi fieri nequeunt, tot seculis substractum esse, imò Spiritum sanctum vetuisse Paulo, loqui verbum Dei in Asia & in Bithynia, quid miramur illo tempore, quod celandis mysterijs datum fuit, ænigmata veteris legis carnalibus hominibus non fuisse revelata, imò prohibitos prophetas ne illa propalarent?

A Vnde sanctus Augustinus audet ac non semel dicit *Tempore servitutis (id est, veteris legis) carnalibus animis nondum oportet signa revelari, quæ in iugo edomandi sunt.* Et in libro contra Adimantum Manichæi discipulum: *Cum adhuc non oporteret ante adventum Domini nudare populo legitimarum sacramentorum figurarum, non invitabantur significata intelligere, sed iussa cogebantur implere.* Nondum enim Deo inhaerebant per spiritum, sed per carnem legi serviebant. Et in Psalmum septuagesimum primum: *Quia non demonstrabatur (in veteri lege) qua fuerat eligenda, & præponenda felicitas, flos sanctorum pro magna habebatur.* Nec solum minime contemnebatur, sed etiam maxime apperebatur. Nempè omnia tempus habent. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus significandi quæ postea erant manifestanda. Tempus manifestandi quæ antea fuerant significata: *illud enim erat tempus significandi, hoc manifesta: dicit, inquit Augustinus.* Ex ista temporis diversitate nascebatur, quod illa signa futurorum per pauci intelligerent, spirituales videlicet quidam illicque maxime quos Deus Spiritu prophetiæ illustraverat. Reliqua verò carnalium turba, nullum fructum ex eorum spirituali significatione caperet. *In occulto, ait Augustinus, illis omnibus rebus novum Testamentum figuratè præannuntiabatur & capiebatur intelligentiâ paucorum, quos eadem gratia prophetico munere dignos fecerat.* Et inferius in eadem epistola: *Timentes Deum homines veteris Testamenti propter litteram terrenam & occidentem, nondum habentes spiritum vivificantem, currebant cum sacrificijs ad templum. Et quamvis in figuram futuri sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eas figuraretur, erantias victimas immolabant.* Et in libro de catechizandis rudibus: *Quæ signa rerum spiritualium, tunc à paucis sanctis & intelligebantur ad fructum salutis, & observabantur ad congruentiam temporis: à multitudine verò carnalium tantummodo observabantur, non intelligebantur.* Et in libris de Civitate Dei: *Hæc lex distributione temporum data est, quæ prius haberet promissa terrina, quibus tamen significaren-*

B

Lib. 3. de doctr. Christi cap. 9.

Lib. contra Adimantum, cap. 22.

In Psal. 72. in fine.

Lib. 6. contra Faust. cap. 9.

Epist. 120. cap. 2.

Ibid. r. 12.

Lib. de catechiz. rudibus cap. 20.

Lib. 10. de Civit. c. 15.

sur aeterna qua visibilibus sacramentis celebrarent multi, intellexerunt pauci. Quam doctrinam ipse sapientissime, velut capitalem alijs in locis repetit. Unde generalem hanc alibi tradit esse notam filiorum veteris Testamenti, non intelligere figuras quas observare jubebantur; (novi vero observatas intelligere) quod vix alijs unquam tribuit, nisi forte paucissimis, praeterquam Patriarchis & Prophetis: Itaque & in illo primo populo sancti Patriarchae & Prophetae qui intelligebant, quod agebant, vel quod per eos agebatur, in novo testamento habebant istam spem salutis aeternae. Ad illud enim pertinebant, quod intelligebant ac diligebant; quia est nondum revelabatur, iam tamen figurabatur. Ad veterem autem illi pertinebant, qui non illic amplius quam promissa temporaria cogitata concupiscebant, in quibus aeterna figurata & prophetata NON INTELLIGEBANT.

Hac itaque ignorantia filiorum veteris Testamenti causa fuit, ut non solum figuras rerum futurarum non intelligerent, sed etiam ita carnaliter acciperent ut sonabant auribus verba, & sacramentorum divinatorum species oculis apparebant, ita videlicet ut ea sublimiorum rerum figuras esse nescirent: Carnaliter, inquit August. accipiendo legem & eius promissa terrena rerum caelestium figuras esse nescientes, ad illa murmura corruerunt, ut dicere auderent, vanus est, qui servit Deo. Et quid amplius quia custodimus mandata eius? Nempe quia videbat umbraticam illam felicitatem terrenam, quae umbraticae suae iustitiae promittebatur, etiam apertam impietatem profitentibus tribui nescientes eam esse tantum figuram verae felicitatis, sicut eorum iustitia erat figura iustitiae. Hinc ergo illa murmura carnalium: Vanus est qui servit Deo. Hinc illud, Ergo nunc beatos aicimus arrogantes: siquidem adificati sunt facientes impietatem. Hinc illud alterius sub nomine Synagogae: Mei autem pedes non sunt pedes, pedes effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. Hinc illa querimonia: Ergo sine causa iustificavi cor meum. Quasi diceret, ait Augustinus: Vbi est merces hanc vitam mea? Vbi est praemium servitutis mea? Cum impij etiam promissa mea iustitiae mercede potiantur. Quorum sane murmurum non alia causa fuit, quam quod istum caeremonialem veteris Testamenti apparatus, praceptorum atque praemiorum figuras esse nescirent.

Ex qua quidem crassa hallucinatione alius error periculosior nascebatur, quo significantes figuras pro rebus ipsis per se utilibus venerabantur, uno meliores gentibus, quae similibus caeremonijs religioni cultus inharebant, quod per ista signa uni Deo subderentur, cui ea placere credebant. Virumque Augustinus expressit in libro de doctrina Christiana: Quamquam signa rerum spiritualium pro ipsis rebus observarent, nescientes quo referantur id tamen insitum habebant, quod tali servitute uni omnium quem non videbant placebant Deo. Et paulo superius: Quae tamen servitus in Iudaeo populo longe à ceterarum gentium more distabat: quandoquidem tribus temporalibus ista subiungantur, ut

unus eis in omnibus commendaretur Deus. Vbi quod servitute non in eo sensu accipit, quo dicimus Iudaeos serviliter coluisse Deum, Christianos liberaliter, servilisque cultu tanquam vitiosus opponitur liberali, sic enim servitute illam sub signis non intellecti s se accipere declarat, quando praemittit: Ea demum est miserabilis anima servitute signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum aeternum lumen levare non posse. Et quando subiungit: Sicut signo servitute qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem nesciens quid significet. Et quando in epistola ad Galatas dicit: In observationibus autem si non intelligatur, servitus sola est, qualis erat in populo Iudaeorum, & est usque ad hunc. Huiusmodi enim carnalis servitus illi carnali populo utilis erat hactenus, ut saltem formidine poenae, quam transgressoribus talium observationum sanxerat Lex, ipsoque timore reverentiae, quem signa non exposita incutiunt parvulis, in cultu unius Dei retinerentur. Nihil enim, ut sanctissimus Doctor ait, tam perterrita animam, quam sacramentum non intellectum. Cujusmodi sub signis servitus illi populo adhuc utilis erat, ut sub timore custodiretur.

Quae quidem servitus eorum sub signis non intellectis, non solum abstrusorum comparatione mysteriorum novi Testamenti locum habuit quorum fides non est ad salutem necessaria, sed in primis quoque respectu fontis gratiae Christi Iesu, praeter quem non aliud nomen est, sub calo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. Et respectu ipsius gratiae, siue cuius agnitione nemo adultus salvari potest. Nam ipsum Christum non alium vel figuris velatum, vel revelatum Synagoga credebatur & expectabat, quam purum hominem de semine David; non qui redimeret populum suum à peccatis eorum, ut fides Electorum credit, sed qui restitueret regnum ad externos devolutum Israeli, atque eum à visibilibus hostibus tueretur. Testatur hoc Augustinus in expositione inchoata Epistolae ad Romanos, cum tradit quosdam non intelligere Christi divinitatem ab universis creaturae communionem discretam, Velut ipsi, inquit, Iudaei, qui Christum, filium David tantummodo opinabantur, ignorantes excellentiam, quia Dominus est ipse David, secundum id quod est filius Dei. Et libro secundo contra adversarium legis & Prophetarum, de Iudaeis dicit, quod cum Dominum ipsum David non secundum carnem, sed secundum divinitatem intelligere non valerent. Quod sane ex ipso Evangelio satis manifestum est, ubi doctissimi Synagoga propter ignorantem divinitatis Christi in illa questione succubuerunt, qua quaerebatur, quomodo posset esse simul Dominus David ac filius eius? Nam quamvis, inquit Augustinus, venturum Christum sperarent, secundum hominem tamen eum expectabant, non secundum quod virtus est sapientia Dei. Quid mirum autem quod Christi divinitatem in Prophetis praedicatam non intelligerent aut crederent

Vide lib. 18. contra Faust. c. 4. Annot. in Iob. 30. Lib. 2. contra advers. leg. & Prophet. c. 7. In Ps. 39. &c. Lib. 15. contra Faust. cap. 2.

Lib. 20. de Civit. c. 28.

Malach. 3.

Malach. 3. Ibid.

Psalm. 72.

Lib. 3. de doct. Christi cap. 6.

rent illi, quibus velamen erat positum super
 cor eorum, cum post figuras veteres revela-
 tas adhuc eam, ut Aug. notat, hæretici non
 intelligant? Propter hanc igitur divinitatis
 ejus ignorantiam, liberationem quoque populi
 non nisi carnalem ab oppressione gentium ex-
 pectabant. Sic enim hoc Aug. in illo libro
 quem de tradenda rudibus Christiana Reli-
 gione scripsit, verbis expressis tradit: Postea
 quam templum transactis septuaginta annis restitu-
 tum est, tantas pressuras & calamitates à Regibus
 gentium iudæi perpessi sunt, ut intelligerent nondum
 venisse liberatorem QUEM NON SPIRITA-
 LITER LIBERATURUM INTELLIGE-
 BANT, SED PRO LIBERATIONE CAR-
 NALI DESIDERABANT. A cujus-
 modi opinione ac desiderio tanquam reliquijs
 Testamenti veteris necdum plenè Apostoli
 erant liberati, quando ab ipso cujus jam divini-
 tatis eis & immortalitas innotuerat, tamen
 interrogabant: Domine si in tempore restituas Reg-
 num Israel? Illi verò iudæi liberabantur, de
 quibus post ascensionem Domini credentibus
 dicit Aug. Non erant iam illi temporalia beneficia,
 sed innotuerat Regnum desiderantes à Deo, nec promissum
 Regem Christum carnaliter expectantes, quemad-
 modum videlicet aliqui Synagogæ veteris
 Filij, à quibus jam fidei novitate differebant.

Quapropter qui tam carnali fide & crassa
 spe in Christum credebant, venturumque spera-
 bant, quid mirum si & spiritalem ejus gratiam
 tanquam ad bene vivendum necessariam pro-
 fus ignoraverint? Imò verò quod illis opus
 gratia, qui non nisi carnalia servata legis præ-
 mia sperantes, nullam legis observationem,
 nisi quæ ex hujusmodi bonorū desiderio flue-
 ret poterant suspicari? Vt enim carnaliter cu-
 stodiatur lex, amor ac timor temporalium re-
 rum sufficit; ad quos concipiendos affectus,
 nullum spiritualis gratiæ auxilium necessarium
 est. Quæ sanè causa est, ut veteri Testamento
 & Filij ejus, sexcentis locis Aug. formidinem
 pena tribuat, ex qua carnalis illa, de qua glo-
 riabantur, iustitia nascebatur. Fidebant enim
 viribus arbitrij, quas ex ista rerum promissa-
 rum cupiditate adesse sentiebant. Nam quanto
 cupiditas illa consequendorum temporalium,
 quæ in lege promittebantur, & amittendorum
 timor, est vehementior, tanto animus quoque
 robustior ad difficultates in custodienda carna-
 liter lege superandas. Sed sicut ista cupiditas
 filiorum veteris Testamenti non erat charitas
 illa spiritalis, ex qua, ut verè servetur lex, ser-
 vari debet; ita Judaica ista legis observatio
 carnalisque iustitia, non erat illa iustitia, quæ
 spiritalis gratiæ postulat adiutorium. Vnde
 quoque effectum est, ut quemadmodum ab ipso
 Christo, quatenus auctor gratiæ spiritalis erat,
 ita quoque ab ipsa gratia non solum invocanda,
 sed etiam agnoscenda longo intervallo omnes
 hæredes veteris Testamenti distarent. Nam

inde est, quod Aug. toties dicit: Gratiam in ve-
 teri Testamento fuisse occultatam: b Gratiam velatam
 latuisse: c Gratiam sicut in velare latuisse: d Gra-
 tiam novi Testamenti in lege velatam fuisse, & hu-
 jusmodi; quibus indicat gratiam in corpora-

lium promissionū & ceremoniarum fecerit, tan-
 quam in propheticiis enigmatibus tam obscure
 rectam fuisse, ut à paucissimis ipsiq; spirituali-
 bus peteretur aut nosceretur. Vnde filios veteris
 Testamenti ab hæredibus novi proprio charac-
 tere discernens, omniaque penè quasi uno
 communi calculo consignans, quæ de illis hæ-
 tetus differimus: Ad Testamentum vetus, quod
 est à monte Sina in servitutum generans, quod est
 Agar, illa pertinent, qui eum acceperint legem sanctam
 & iustam & bonam PUTANT SIBI AD
 VITAM LITTERAM SUFFICERE POS-
 SE; ET IDEO, QUAE FIANT FAC-
 TORES LEGIS, DIVINAM MISE-
 RICORDIAM (id est gratiam) NON
 QUÆRUNT: sed ignorantes Dei iustitiam, vi-
 delicet illam spiritalem, quæ ex gratia ac dile-
 ctione proficitur, & suam volentes constituere,
 iustitia Dei non sunt subiecti. Et quoniam erant isti
 filij veteris Testamenti, an soli sceleribus ma-
 nifestis contaminati? Audi eos consequenter
 duplicis generis, quos supra declaravimus. Ex
 hoc genere fuit illa multitudo, quæ adversus Deum in
 eremo murmuravit, & idolum fecit; & illa quæ tem-
 in ipsa terra promissionis fornicata est post Deos alie-
 nos. Sed hæc quoque in ipso veteri Testamento valde re-
 probata est multitudo. Ecce habes infirmos & im-
 probos veteris legis. Accipe jam reliquos ge-
 nuinos ejus filios, spe meliores, virtute prove-
 ctiores; Illi etiam quicumque ibi erant, sola quæ
 Deum pollueret terrena promissa sectantes, & quid pro
 novo Testamento ea ipsa significent ignorantes, E O-
 RUM ADIPISCENDORUM AMORE,
 ET AMITTENDORUM TIMORE DEI
 præcepta servabant; imò non servabant, sed sibi ser-
 vare videbantur. Neque enim fides in eis per dilectio-
 nem operabatur, sed terrena cupiditas metusque, carni-
 lis. Sic autem præcepta quæ faciunt procal dubio vitiosus
 facit ac per hoc in animo non faciunt. Mavult enim om-
 nium non facere, si secundum ea quæ cupit & metuit,
 permittat impune. Ac per hoc in ipsa voluntate vitiosus
 est vitiosus, si ipse qui præcipit, iustitiam Deus. TALES
 ERANT FILII TERRENÆ IERUSALEM, DE
 QUAE DICIT APOSTOLUS: SER-
 VIT ENIM CUM FILIIS SUIS PER-
 TINENS AD TESTAMENTUM VETUS.

Cogitent nunc illi qui gratias ad peccata vi-
 tanda & ad bene vivendum, & ad salutem
 adipiscendam sufficientes tantà liberalitate
 diffundunt, quam spiritalem gratiam, quæ solà
 concupiscentiarum carnalium impetus fran-
 gitur & superatur, ista carnalium turba, solà
 terrena desiderantium, & in præsentis futuraque
 vita expectantium, solà illa capientium, solà
 illa scientium habere potuerit ad servandam
 legem, cum nec ipsam gratiam sibi necessa-
 riam, imò nec ipsum gratiæ adiutorium, nec
 ejus auctorem Christum, nec redemptionem
 aut liberationem ejus à peccatis scirent, per
 cuius tamen solam fidem, juxta sanctum Au-
 gustinum, accipi debet. Doctrina est enim
 apud August. constantissima, veram gratiam
 Christi à fide incipere, & per dilectionem op-
 tari non quamlibet carnalium rerum, quæ sive in hæc,
 sive in futura vita desiderantur, sed ipsius ju-
 stitiæ & rerum invisibilium, quibus immor-

D taliter

taliter perfrenatur. A quibus omnibus omnes
omnino filij veteris Testamenti tam procul,
quemadmodum demonstratum est, aberrant,
ut Augustinus dicat, eos timore visibilis pœne
fuisse custodites, ne in idola haberentur, qui
nondum poterant ex invisibili fide vivere, ut potè
quæ neque habebant in fide, neque in spe,
neque in dilectione, neque in agnitione, usque
adeo quidem terreni atque animales, ut quam-
vis resurrectionem crederent eadem omni-
no bona in futura vita sperarent, quibus in
præsenti fruebantur. Unde factum est ut gra-
tiæ auctorem interfecerint, cum eos à signis
gratiæ, quibus tanquam rebus inhærebant, ad
res significatas transferre niteretur: *Ideo qui
talibus signis, ait S. Doctor, pertinaciter inhæserunt
contemnentem ista Dominum, cum iam tempus reve-
lationis eorum venisset, serre non poterant, atque inde
calumnias, quod sabbato curaret, melius sunt Prin-
cipes eorum. Sabbatum autem non minima erat
figura, qua gratia per sanctificationis aucto-
rem danda tegebatur. Nam utidem observat,
Ad latibulum eius gratia pertinet, quod in decalogo
hoc solum præceptum figurate occultatum est, quod ad
sabbatum pertinet. Videlicet quemadmodum
subnectendo exponit, ut hoc ipso significaretur
tempus tunc fuisse occultanda gratia, quo novo Testa-
mento fuerat per Christi passionem tanquam scissione
veli revelanda. Propter hunc igitur signi negle-
ctum, & gratiæ per illud significatæ revela-
tionem, principes veteris Testamenti Aucto-
rem gratiæ occiderunt: Populus verò signis illis
tanquam rebus astrictus non credebat Deum esse, vel
à Deo venisse, qui ea sicut à Iudeis observabantur
nollet attendere. Itaque utrique & populus &
Principes liberi arbitrii viribus confisi, ad
faciendam carnalem justitiam suam, datorem
auxiliatricis gratiæ, tanquam non modo mi-
nime necessarium, sed etiam tanquam impor-
tunum medicum repulerunt. Qua de re præ-
clare Aug. tum alibi, tum libro de gratia &*

In epist. ad Galatas.

Lib. 7. de doct. Christi. cap. 6.

Lib. de Spir. & lit. c. 25.

Lib. de doct. Christi. c. 6.

A libero arbitrio: Quotquot ergo adiuncto solo adju-
torio legis sine adiutorio gratiæ confidentes in virtute
sua, suo Spiritu aguntur, non sunt filij Dei. Tales sunt
de quibus idem dicit Apostolus quod ignorantem Dei in-
stitiam. & suam volentes constitutere iustitia Dei non
sunt subiecti. DE IUDÆIS HOC DIXIT, QUI
DE SE PRÆSUMENTES GRATIAM REPELLE-
BANT, ET IN CHRISTUM PROPTEREA NON
CREDEBANT. Tales erant omnes omnino ve-
teris Testamenti filij, gratiæ profusus ignari;
imò contemptores, quia proprietarum virium,
quibus carnalem justitiam operari poterant,
præsumptores. Nam hoc ipso quo incipiebant
agnoscere gratiam Dei sibi esse necessariam,
& in Christum velut auctorem gratiæ, infir-
mæque naturæ adiutorem ad veram iustitiam
faciendam credere, ad novum Testamentum
pertinebant, quamvis adhuc in veteri vive-
rent. Velamen enim veterum figurarum,
tollebatur ab oculis eorum, Quoniam in Christo
evacuatur; & amor vetus tollebat de cordi-
bus eorum, quibus fiebat ut neglectis figu-
ris ac temporalibus præmijs, ipsa veritate jam
credita & intellecta, & æternitatis amore li-
beri fierent. Quæ omnia quisquis diligenter
& intelligenter attenderit, nihil mirabitur
cur toties tantaque instantia doceat Aug. gratiæ
adiutorij & Spiritum adjuvantem homini-
bus sub lege defuisse, Litteram sine Spiritu
ibi fuisse, & similia, sed potius mirabitur po-
steros suos, hominibus tam carnalibus, nihil
nisi carnalia desiderantibus, atque capientibus
sine gratiæ fide, sine mediatoris Dei ac homi-
num agnitione viventibus, gratiæ tam obser-
vandi præcepta, quam salutem spiritalem asse-
quendi, tanta liberalitate tribuisse. Nam ubi
fides, & cognitio gratiæ, & mediatoris, & veræ
iustitiæ spiritualis, & finis propter quem exer-
ceri debet, nulla est; profecto gratia custo-
dendi præcepti, nulla est aut esse potest, pro-
ut mox adhuc uberius ex Aug. ostensurum est.

CAPITULUM NONUM.

Status veteris Testamenti, ut talis, non erat justitiæ & salutis, sed po-
tius peccati & mortis. Paucissimi iusti sub illo Testamento & gra-
tia sufficiente muniti. Gratia illa sub natura & lege cõtinetur.

SED jam diu submurmurantes mihi au-
dire videor, quod omnes veteris Testa-
menti filios, non solum gratiâ servandi
præcepta legis, sed etiam ipsius gratiæ
& Salvatoris mundi fide destituerim, & in eo
statu collocaverim, ut in universo illo populo
nulla superesset spes salutis, sed omnes tempore
Testamenti veteris, tanquam æterno
damnationis rei ad interitum properarent.

Respondeo filios hæredesque veteris Testa-
menti à Dispensatoribus ac Gestoribus
veteris Testamenti distinguendos esse.
Nam qui propter terrena, ut inquit Augusti-
nus, suscipit legem Dei, ipse est hæres veteris
Testamenti, & filius ejus. Cuiusmodi homi-
nem quis participem illius spiritualis æter-
næque salutis esse dixerit, nisi terrenis de-
siderijs excecatus? Talis est enim non Evan-

Lib. de gestis Pelag. c. 5.

A gelica fide & charitate liber, sed carnalium
rerum cupiditate servus. Nec sine causa scri-
ptum est: *Eijce ancillam & solum eius. Non enim
erit hæres filius ancillæ cum suo libera.* Hoc est, ju-
xta Apostolicam doctrinam, Eijce filios veteris
Testamenti tanquam servos carnalium
desideriorum ab hæreditate cælesti, non enim
erunt divini hæredes patrimonij, cum filijs
liberæ & cælestis Ierusalæ, quæ est mater no-
stra. Ut merito propterea supra dixerit Au-
gustinus de Iudæis & quotquot eis erant si-
miles, quod terrena tantummodo expectantes à
Deo, non admittuntur ad hæreditatem spiritalem
cælestis patrimonij. Quam ob causam instantissi-
mè passim docet eos qui sola lege, tanquam
Testamenti illius adiutorio, contenti, bonis
terrenis sibi promissis inhiantes, benè sibi vi-
vere videbantur, intus in voluntate fuisse
gra-

In epist. ad Galatas.

gravium peccatorum reos. Ex quo numero nec ipsum S. Paulum excludit, quando in lege sine querela conveglabatur. Cum enim describeret ex Apostolo quales fuissent homines ante gratiam Dei, mortui videlicet delictis & peccatis facientes voluntate carnis & affectionum &c. simul adiecit, *Talis S. Paulus fuit, quando secundum iustitiam que in lege est, sine querela fuisse se dicit, quod ibidem plurimis confirmat.*

Gestor vero aut Dispensator veteris Testamenti est, qui tempore veteris Testamenti vivens, figurativa ejus precepta promissaque non spernit, sed in eis tanquam in signis quibusdam prophetantibus intelligit, diligit atque expectat novum. Hoc est, qui quamvis promissam sibi terrenam felicitatem videat, non tamen propter illam suscipit custoditque legem Dei, sed propter celestem, quam in illa figuratam credit: *Si enim propter illam terrenam colatur Deus, servitus est cultus, pertinens ad filios ancille. Si autem propter ipsum Deum, ut in aeterna via sit Deus amicus in carnis, liberalis est servitus pertinens ad filios libera, qua est mater nostra aeterna in celo.* Tales itaque quos erant in illis temporibus in illo populo gestores, erant & dispensatores Testamenti veteris, sed heredes novi; nec ullo modo filij veteris Testamenti nuncupandi sunt. Non enim erant temporalium promissionum cupiditate sub signis non intellectis servi, sed signorum vaticinantium intelligentia casti fide & spe & charitate liberi: *qui enim operatur, aut veneratur, utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur, & transit, sed illud potius quo talia cum ea referenda sunt. Talis autem homo spiritalis & liber est, etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet ista signa revelari, quorum ergo edomandi sunt. Sic filios veteris Testamenti a dispensatoribus ac a gestoribus ejus, non semel distinguit Augustinus. Quapropter quicquid haecenus de Judaeis sub veteri lege constitutis diximus, de veris & genuinis heredibus atque filiis illius Testamenti diximus, quod in monte Sina datum fuit. Nihil enim in illo Testamento, & cum illo Testamento, nisi litteram jubentem ac minantem, figuras obscure significantes, quas non intelligerent, carnaliter promissiones acceperunt, dilexerunt & expectarunt. Et quia natura Testamenti illius ac status populi, & conditio temporis illius talis fuit, hinc patet omnes in ista carnalitate obsecrante crassitque versabantur. Ut non immerito dixerit Augustinus, Ierusalem vocatam fuisse sanctam merito significantis imaginis, non expressa, sicut futura est, veritatis.*

Nec dissimulat id quod ex eis quae haecenus diximus, perspicue sequitur Testamentum illud vetus parva fuisse veteribus utilitatis, magisque Christianis, quibus illa multiplicia signa revelata sunt, quam Judaeis profuisse. Nam de Prophetis signis loquens: *Quando scribebantur haec non ita proderant eis inter quos scribebantur. Scribebant enim ad prophanam veteris Testamenti inter homines qui vivebant ex veteri Testamento. Hinc sacramenta visi-*

abilia in armis David significata, vocat armis *In Psal. 143. prementia non adjuvantia, ipsosque libros Moyses, quibus totum illud Testamentum continebatur, Lapides inutiles, qui vacabant, nihil proderant, ipsamque legem inutilem. Nempe quia per solam gratiam prodesse poterant, sine qua lex illa potius iram in hominibus veteribus quam observationem operabatur. Itaque libro sexto contra Faustum non veretur dicere, vetus Testamentum fuisse magis propter nos, quibus manifestatur, quam propter illos, in quibus figurabatur.*

Hic ergo status veteris Testamenti, & generatim loquendo, populi Iudaeorum, quem ex Augustino delineavimus, vera ratio est, cur etiam longe secus ipse quam recentiores, de justis illius temporibus Philosophetur. Non enim, ut plerisque Christianorum persuasum esse video, Iustitia & sanctitas, quae ex fide Christi mediatoris, preceptorumque Dei observatione nascitur, vulgaris erat, nec in aliquo populo, quemadmodum nunc, fidei servantis gratiam profitente, sed in paucis illa videlicet signa gratiae intelligentibus reperiretur, prout idem diversis locis docet: *Haec in istis fides, quia non pro merito data est hominibus, sed pro misericordia & gratia Dei, non erat popularis, ut equam Dominus homo inter homines nasceretur. Be libro de catechizandis rudibus: Erant ibi pauci, supernam requiem cogitantes, & calosiem patriam reuerentes, quibus proponendo revelabatur, futura humilitas Dei Regis, & Domini nostri Iesu Christi, ut per eam fidem ab omni superbia & stultitia more liberarentur. Et nonnullis interjectis in eodem libro: Quae sacramenta vidualia veteris legis, tunc a paucis sanctis & intelligentibus ad fructum salutis, & observabantur, ad congruentiam temporis, a multitudine vero carnalium tantummodo observabantur non intelligebantur.*

Et in libro de Civitate Dei: *Vetus est eum (gentis Iudaeae) etiam temporalibus panis ad excorandos in ea paucos fideles suos, & admonendos, qui per ista futura, etiam in omnibus gentibus Christianis, itaque sanctitatem illam tere restringere solet, ad Patriarchas & Prophetas, quibus ex populo peccatores aliquos subinde adjungit, idcirco quae paucissimos eos plerumque vocato. Nam in epist. ad Galat. Semen, inquit, cui promissum est, populum significat, hoc est totam illam magnam multitudinem Christianorum, non illos paucissimos, qui revelationibus ea futura venientes, quamvis per eandem fidem salvi fierent, populum tamen salvum facere non poterant. Et paulo post iterum vocat eos paucissimos, qui ex Domini fide per prophetiam ante duobus adventibus saluam gratiam acceperant. Et in libro de catechizandis rudibus: *Ut iam spiritualis gratia, qua praesens tunc Patriarchis & Prophetis nota erat, manifestaretur omnibus gentibus: ne quisquam Dominum nisi gratis crederet, non visibilia praemia servitutis sua, & praesentis vitae felicitatem, sed gloriam vitam aeternam, in qua ipse Deo fueretur, ab illo desideraret. Et inferius: In quo Testamento veteri, carnis populus agens hominem veterem, exceptis paucis intelligentibus Patriarchis, & Prophetis, & nonnullis**

lib. 6. contra Faust. cap. ult.

In epist. ad Galatas.

Lib. de catechizandis rudibus. 19.

Ibid. c. 20.

Lib. 17. de Civit. c. 2.

In Epist. ad Galatas.

Ibidem.

Lib. de catechizandis rudibus c. 22.



latentibus sanctis, carnaliter vivens, carnalia premia desiderabat à Domino Deo. Et in libro contra Adimantum Manichæi discipulum: Hi vero qui tunc in illo populo sancti & spirituales homines erant paucissimi, sicut Moyses, sicut Propheta quo animo facerent illam inimicorum interfecionem multum later indoctos &c. Et rorsum non ita multo post: In veteri Scriptura taceatur animus vindicantium quia paucissimi spirituales divinis revelationibus, quid facerent, noverant, ut populus cui terror utilis erat, severissimo imperio domaretur. Et in Psalmum septuagesimum secundum: Novum Testamentum quod in Christo est, prioribus illis temporibus occultum erat, solis Prophetis cognitum, & paucissimis pijs, non ex manifestatione presentium, sed ex revelatione futurorum. Et in tractatibus in Joannem docet. in veteri Testamento à paucissimis hominibus diabolum ejectum esse foras, quod nunc fit, in multis magnisque populis. Cujus quidem raritatis causa erat, partim illa carnalitas illius populi, per quam ab omni intelligentia & captu spiritualium rerum erat remotissimus, partim ut hac infrequentia Deus liquidissime ostenderet gratiæ magnitudinem, quam illis paucissimis electis suis conferebat, partim denique, quia non erat tunc tempus gratiæ manifestandæ, sed prophetandæ, neque prædicandæ Christi Salvatoris mundi, sed præfigurandi. Unde nec ipsi Propheta, quibus Christus & gratia ejus revelata innotuerat, eum populo incapaci spiritualium prædicabant, sed paucissimis tantum, de quibus, ut Augustinus proximè insinuavit, divinâ revelatione monebantur: Ille promissa & dona terrena sunt, inquit, intelligentibus & tunc spiritualibus quamvis nondum in manifestatione prædicantibus, & que illis temporalibus rebus significaretur æternitas, & in quibus Dei donum esset vera felicitas. Et in superioribus Aug. dicentem audivimus, quod ideo stros fami, hoc est, carnalia pro magnis habebantur, quia non demonstrabatur que fuerat eligenda & proponenda felicitas. Imò verò quod non invitabantur significata intelligere sed iussa cogebantur implere, eo quod non oporteret ante adventum Domini nudare populo legitimarum sacramenta figurarum. Nam quamvis Deus omnes homines gratia sua convertere possit, quidam tamen etiam in novi Testamenti tempore tam carnales sunt, ut non oporteat eis de spiritualibus mysteriis aperte dissere, sed ea potius, quantum fieri potest, occultare. Propter quam causâ & Christus non semel in parabolis loquebatur, & Apostolos vetuit Sanctum dare canibus, & margaritas projicere ante porcos. Ut proinde profundissime dixerit Aug. generaliter de populo veteris Testamenti, quod Tempore servitutis carnalibus animis nondum oportebat illa signa revelari. Quorum subtractâ revelatione, sicut omnibus infidelibus subtrahitur, impossibile erat vel credere in mundi Salvatorem, sicut credendum est, vel legem non carnaliter sed spiritualiter observare sicut observanda est, vel æternam vitam spiritualiter appetere; sicut appetenda est.

Hæ sunt igitur considerationes, quibus Augustinus fuisse motus videtur, ut tam allevanter & constanter doceat, gratiam Dei & adjuvantem Spiritum, ut supra vidimus, sub veteri Testamento defuisse. Nam paucissimorum illorum in tanta carnalium turba, que propriè ad vetus Testamentum sola pertinebat, nulla fuit habenda ratio. Hæ sunt itidem illæ propter quas in universis operibus suis nemini nisi sanctis illis paucissimis, quos commemorat, gratiam tribuit, qua concupiscentiam inflammatam legis prohibitionem superaret, & prævaricationem ejus evaderet: gratiam inquam, non illam sufficientem, quam Neoterici prædicant (quam post lapsum hominis vel dari vel ad operandum prodesse posse, si daretur, nunquam agoovit Augustinus), qua Deus facit ut faciamus, & in justificationibus ejus ambulemus.

Quapropter hujusmodi gratiam sufficientem Neotericorum tanquam lapsis fractisque viribus profusè inutilem, semper sub natura, vel sub lege comprehendit. Ac de natura quidem quomodo sub ea comprehendatur ab Aug. supra diximus. Sub lege verò, quia quicquid Apostolus & Augustinus legi tribuit, quando est sine vera illa gratia Christi, hoc competit legi cum illa gratia sufficienti Scholasticorum, quando est sine gratia Christi que vera Christi gratia est.

Nam illa loca Pauli, Virtus peccati lex, littera occidit, & similia quæ S. Aug. ita exponere solet, & secundum Catholicâ fidem exponi debent, quod videlicet Lex sine gratia non mors peccati potuerit esse sed virtus. Et quod Littera sine Spiritu occidit, quemadmodum supra plurimis ejus testimoniiis comprobavimus: eodè planè modo cum ista gratia sufficiente planissimâ veritatem retinent. Nam & littera cum ista gratia sufficienti occidit, & est virtus peccati, & facit abundare peccatum, & prævaricationem, & iram operatur, & per legem est cognitio, non evictio peccati, & operatur omnem concupiscentiam, & conclusit omnia sub peccato, & est ministratio mortis, & ministratio damnationis, aliâque similia quæ Apostolus legi ascribit. Et rursus omnia quæ S. Aug. legi tribuit sine gratia, Lex etiam cum tali gratia facit: auget scilicet peccandi desiderium, peiores doctrinæ efficit inimicos, nihil ex ea bene fit, tantummodo legis auditorem facit, ostendit peccata non sanat; non prodest sed obest, frustra sonat auribus, & hujusmodi plurima; denique ad hoc tantum est, ut prævaricationis reum faciat, eoque magis, quod illa pleraque quæ Apostolus & Augustinus de lege dicunt, juxta Scholasticorum ipsorum suffragium, profusè falsa sunt, nisi gratia illa sufficiens legi adesse statuatur. Putant enim impossibile esse, ut lex faciat abundare peccatum & iram operetur & occidat &c. nisi adsit simul gratia sufficiens, sine qua, inquit, homo non esset peccati reus; quia nemo reus in eo quod vitare non potest, ita ut eam ad hoc quodammodo excogitasse videatur, ut lex possit illos effectus operari.

Lib. con.
Adimant.
c. 17.

Ibid.

In Psalm.
71. inisso

Tract. 52.
in Joan.

Lib. 4. de
Civ. c. 33.

In su. Psal.
71.
Lib. contra
Adim. c. 23.

Lib. 3. de
doct. Christ.
cap. 9.

rari. Quid ergo mirum quod cum Apostolus & Augustinus aliam omnino gratiam postulent, quam opponant legi, & cuius virtute fiat ut lex non operetur iram, non occidat, non sit ministratio mortis & huiusmodi; illam sufficientem tanquam inutilem præterierint, abjecerint, non agnoverint? Vel si ignoraverint, sub lege. cuius omnes effectus habet, comprehenderint? Nam inde est illud: *Quis novit quid est quod fieri debeat, & non facit, nondum a Deo dicitur secundum gratiam, sed secundum legem: non secundum spiritum, sed secundum litteram.* Et illud ibidem non minus efficax & perspicuum:

CAPVT X.

Excæcati & obdurati carent gratia sufficiente, qua videant & moveantur ad bonum.

QUA quidem de re non est nobis magnopere laborandum, nisi plus studii quosdam suscipere constaret, ad obsecrandum ea quæ in August. scriptis manifesta sunt, quam ad ea quæ obsecratoria sunt illustranda, ne aliquod præconcepit opinionibus tantus Doctor asserat præiudicium. Nam tot modis ille tantæque claritate docet, excæcatos obduratosque sufficienti adiutorio divinæ gratiæ nudatos esse, qua possint, vel videre, vel credere, vel rectè vivere, vel peccata vitare, ut satius esset illis fateri, se sensa ejus vel non intelligere, vel nolle sequi quam privatæ sententiæ studio manifesta perturbare. Nam in primis, quamvis nihil aliud Augustinus de obduratis & excæcatis traderet, quam Deum illorum nolle misereri, nolle gratiam infundere, eos deserere, non adjuvare, deesse illis divinæ gratiæ adiutorium, & huiusmodi, nonne satis esset ut intelligeremus eos gratiâ sufficiente destitui? Sic ergo de illis Augustinus non semel loquitur. Nam in questione secunda libri primi ad Simplicianum, sic definit obduratorem: *Ut obduratio Dei sit nolle misereri.* Et inferius: *Ut ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdam, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent.* Quod in epistolam ad Romanos dicit: *a Obdurans deserendo ut male operentur.* Et in tractatibus in Ioannem: *b Sic excæcat, sic obdurat Deus, deserendo, & non adjuvando, quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest.* Et rursum: *cum quaestiones huiusmodi in medium venerint, quare alius sic, alius autem sic, quare ille Deo deserente excæcetur ille Deo adjuvante illuminetur, non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis usurpemus.* Et ibidem iterum: *Abstinet ut sit iniquitas apud Deum, sive quando adiuvat, misericorditer facit, sive quando non adiuvat, iuste facit.* Unde alibi excæcatum vocat, *Desertum omni lumine veritatis.* Et de utrisque obduratis & excæcatis simul: *Hinc excæcantur & indurantur, quia negando divinum adiutorium non adjuvantur.* Et alibi in Psal. exponens, quid sit frigus Dei ex quo sequitur desertio Dei: *Ecce, inquit, deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam.* Si nihil igitur,

A Quando Deus docet, non per legis litteram, sed per Spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisque didicerit non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat, agendoque perficiat. Quibus profectò sententiis nihil evidentius dici potest, ut omnem illam recentiorum sufficientem gratiam se indicet sub lege & littera, non sub Spiritus gratia comprehendere.

Et ista de Iudæis & eorum gratia sufficienti. Nunc quia eandem sufficientiam adiutorii quidam etiam ad excæcatos & obduratos, adeoque eunctos infideles extendunt, quid de talibus tradiderit, paucis perstringendum est.

A tur, ut dixi; aliud haberemus, quam hæc & huiusmodi quibus Augustinus ad explicandam obdurationem & excæcationem utitur, non satis esset ut talibus gratiam sufficientem subtractam esse sciremus? Quid enim absurdius quam dicere, quod Deus eos deserat, non adjuvet, omni lumine destituit, non vocat, quod eis non aperit sensum, non miseretur, non infundit gratiam, quibus sufficientem tribuit? An eo-ut que fortè delirabimus, ut sufficientem gratiam, nec adiutorium, nec gratiam, nec misericordiam, Dei esse dicamus? Hæc sanè prudentes viri compelli se sinunt, dum negare malunt quicquid sibi in Augustino adversatur, quam vera quæ senserit confiteri.

Sed non in istis generalibus locutionibus, quamvis perspicuis, Augustinus stetit. Docet enim consequenter plurimis locis, ita deserit excæcatos atque obduratos, ut bonum quod eis volendum aut faciendum est, facere ac velle, imò cernere non possint. Quod non aliud profectò est, quam eos ab adiutorio sufficienti prorsus deserit; utpotè cuius proprius effectus est, posse facere, posse velle, posse cernere. Voluntas enim eorum divino lumine & calore destituta, tam glaciali frigore constringitur ad volendum malum, ut bonum præduritia nollendi, velle non possint; quia voluntatem, Deo gratiam non infundente, mutare non possunt. Afferit hoc exponitque diversis locis August. Nam in illo ipso proxime citato cum dixisset: *Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam, vim discretionis illius statim explicando subtexi: Soluatur homo si potest gratia, non potest stultitia. Quare non potest? In faciem eius quis subsistet? Sive ut nos legimus, Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Hoc est, ut iterum explicando subiicit; Quis seipsum liberabit, si ille deseruerit? Et in lib. de perfectione iustitiæ: Quasi non debeant Deo agere gratias, qui præcepta volunt, QUI DESERTUS OMNI LUMINE VERITATIS HÆC VELLE NON POTEST. Et in quaest. in Matth. Cogimur fateri alijs quibusdam peccatis ita eos excæcari meruisse, quia tamen excæcatione non potuerunt credere. Et mox iterum: Credere non poterant quia excæ-*

lib. de grat. cap. 13

lib. 1. q. 2. ad rom. 11.

lib. de perf. cap. 19. Tract. 13. in lucam. lib. 2. p. 147.

cap. 14.

lib. de perf. inf. cap. 19.

quæst. 14. in Matth.



*Lib. 2. de ferm. Dom. in monte. Non inuenies, non enim possunt, cum superstitione & con-
tentione cecati sunt &c.* Et sane qui fieri potest ut
cæcus videat? Si enim adhuc vidēdi sufficien-
tē habet gratiam & consequenter potestatem
cujus conferendę causā gratia talis adesse sin-
gitur, profectō non jam cæcus est. Quod Au-
gustinus sæpē insinuat, nonnunquam etiam
apertissime proficitur. Illud miror non atten-
dere homines cæcos, vel potius, non miror non videre
cæcos. Et in libris de Civitate Dei: *Quid ergo
mirum si hæc manifesta non vident, quoniam oculi
sunt obscurati ne videant? Quid mirum si caelestia
non suspiciunt, qui ut in terrena sint preni, dorsum eor-
um semper incuruū est? Vbi quod hic nominat
oculos obscuratos, in Psalmum istum scribens
ad quem alludit, cor cæcum vocat. Quam
videndi impotentiam ut efficacius exprime-
ret, oculos eorum extinctos esse nec videre
posse, non semel aserit. Nam in Psalmum*

*Comment. in
Psalm. 68.*

In Psal. 57.

*Ibid. in sa-
vis.*

*Lib. de nat.
& grat. 51.*

*Vi de ista, inquit, sola loquamur pena, obscura-
tio cordis, excecatio mentis parva est pena? Si quis
furtum faciens, statim oculum perdidisset, omnes
dicerent Deum irasentem vindicasse. Oculum cordis
amissit, & ei peperisse putatur Deus? Et in fine
istius commentarii: Letabitur iustus cum viderit
vindictam. Si autem non habeat oculos unde videat
vindictam, id est si excecatus est, contristabitur
nec corrigetur ex illa. Et paulo post causam
hujusmodi duritiei reddens: Sed iam est men-
tis cæcitas, iam oculus mentis extinctus est. Si cæcus
oculis carnis ad mensam suam quamlibet opimam
discumberet, miserum eum diceret. Cæcis interius,
panem Christum non videt, & beatus est? Hoc non
dicit nisi pariter cæcus. Quæ cæcitas istius cum
corporali comparatio, imò ipsum solum cæ-
citas nomen plus aliquid profectō dicit
quam averfam à videndo voluntatem, scilicet
videndi impotentiam, quæ etiam accedente
videndi voluntate tolli nequeat. Unde cum
Pelagius omninò similem semper viden-
di, imò & bene vivendi possibilitatem
homini peccatori adesse vellet, quæ nullius
pænæ inflictione tolli posset, responderet ei
Augustinus, amitti non solum videndi possi-
bilitatem, sed etiam illam non posse vi-
luntatis auferri: Posset, inquit, & medicum
quærere (si videlicet natura de cetero man-
sisset salva, sicut præmiserat) qui cæci oculos sa-
naret, & videndi possibilitatem restitueret, quæ fue-
rat amissa per cæcitatē: QUONIAM COE-
CUS PUTO QUOD VELIT VIDE-
RE SED NON POTEST. Si autem vult
& non potest, inest voluntas, sed amissa est possibilitas.*

Enimverò qui possit adesse homini suffi-
ciens gratia tollendi suā voluntate cæcita-
tem, equidem nescio. Nam quamvis nemo,
nisi meritis gravium peccatorum, quæ suā
voluntate commisit, excecetur, postquam
tamen illa perpetrata sunt, non est amplius
humanæ, sed divinæ voluntatis ut cæcitate
careat aut plectatur. Est enim pænā quæ ex
divino penderet iudicio, de cuius ratione est,
ut sit involuntaria. Quæ omnia significat-

vit breviter Augustinus, quando contra Iu-
lianum scripsit: Eademq; cæcitas si peccati pænā
non esset, non diceretur: Excecavit enim illos malitia
illorum. Quod si de Dei iudicio non veniret, non legere-
mus, obscurarentur oculi eorum ne videant, & dorsum
eorum semper incurva. **QUIS PORRÒ VOLENS
COECUS EST CORDE, CUM VE-
LIT NEMO COECUS ESSE VEL COR-
PORE** Unde alibi pænā excecationis
hæud secus atque obdurationis, à divina vo-
luntate fuscavit: Ille igitur qui secundam Apo-
stolicam sententiam, cuius vult miseretur, & quem
vult obdurat; procul dubio quem vult illuminat, &
quem vult excecet. Quemadmodum igitur cæ-
citas inflicto à divinā pendet voluntate, ita
cæcitas permansio. Est enim talis pænā quæ
non solum videndi possibilitatē tollit, & hoc
ipso gratiam videndi sufficientem excludit,
sed etiam solā divinā voluntate rarissimam
gratiam infundente remouetur, juxta illud
Augustini: *Cæcitas cordis, quam solus remouet
illuminator Deus, & peccatum est quo in Deum non
creditur, & pænā peccati qua cor superbam dignā
animadversione punitur, & causa peccati, cum mali
aliquid cæci cordis errore committitur. Hæc autem
rarissima gratia qua cæcitas dispelli, & pec-
cata ex cæci cordis errore necessariò nasci-
tura vitari possunt, iudicio Dei nunc multis
deest, quia pænā est, prout hoc Augustinus
absolutā auctoritate definit; non de excec-
catis & obdurationis tantum, de quibus ipse
nunquam vel dubitavit, sed generaliter de
multis alijs peccatoribus, quibus Deus illud
negandum esse occulā æquitate constituit:
Si hoc adiutorium vel Angelo vel hominibus primum
facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta
erat, ut sine divino adiutorio posset manere si vellet,
non utique sua culpa cecidisset. Adiutorium quippe
defuisset sine quo manere non possent. Nunc autē qui-
bus deest tale adiutorium iam pænā peccati est. Quibus
autem datur secundum gratiam datur, non secundum
debitum. Qui locus præcipue, cuida recentiori
tam luculentus visus est, ut quamvis sufficientē
omnium gratiam ex professo defendat, Aug. 97. c. 23. 6.
tamen contrarium docuisse, Prosperum que
& Fulgentium ei adhæsisse, nec se ad ejus
loca respondere posse a pertē fateatur. Quid
enim ad præcedētia loca de videndi impossi-
bilitate quæ cæcis à Deo inflicta est, & ab
ipso solo tolli potest, & ad illum in primis
postremū responderi cum aliqua probabili-
tate possit, ignoro. Comparat enim primum
hominem cum sua damnata posteritate:
quorum illum apertissime dicit, deficiente
adiutorio quo posset manere, si vellet, sine
culpa casurum: Ejus verò posteritatem non
posse obtinere suam innocentiam, si sibi
illud deest, quia pænā peccati est quod sub-
trahitur, gratia quod donatur. Et ista ratio
& radix est, cur sexcentis locis contra Pela-
gianos doceat, quod alij iuvantur alij non ju-
vântur, divini esse iudicij. Quo nihil aliud do-
cet quam quod loco citato docuit, justē vide-
licet quibusdam gratiam subtrahi, sine qua
impossibile est, justum manere, & injustum
rectē vivere & peccata vitare, quamvis velit.*

Ex

304

Ex ijs quæ jam diximus consentaneum esse facile videt quisquis Augustini principiis innutritus est; excæcatis & obduratis deesse sufficientem gratiam, non solum eam qua cordis oculis videant veritatem, & eamque mollitiæ voluntate sectentur, sed etiam eam qua peccata cavere possint, quæ ex istis principiis proficisci solent. Quod non minus perspicuè & constanter quam præcedentia sanctissimus Doctor adversus Pelagium tradidit, qui pœnas istas, peccatorum causas esse posse nesciebat: *Nec cogitat, inquit prævaricationem legis, quàm dignè lux deserat veritatis, qua desertus utique sit cœcus, & plus necesse est offendere, & cadendo vexetur, vexatusq; non surgat ut ideò tantum audiat vocem legis, quo admoveatur implorare gratiam Salvatoris. Rectè admoveatur, dicit, nam quamvis hujusmodi admoveatur non lege solum, sed & doctrinâ & prædicatione & correptione, non propterea re ipsa invocatur Salvatorem. Legem enim talibus, doctrinam & prædicationem & correptionem proferre, officia sunt benignitatis humanæ, quæ frustra cœcis & surdis adhibentur, nisi aliis miseretur Deus: Quibus enim Deus nascitur, quid misericordia conferet humana? Nam ut sapiens*

A dicit: *Considera opera Dei quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Hinc igitur ad. luc in eodem libro explicans Augustinus excœcatorum insufficientiam ad vitanda peccata: *Deserti, inquit, luce iustitia, & per hoc contenebrati quid pariant aliud, quam hæc omnia, quæ commemoravi, opera tenebrarum, donec dicatur eis, si dicto obaudiant, surge qui dormis &c.* Et adhuc inferius illud explicans: *Ad peccatum valet mors anima, qua necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reviviscat.* Hinc ergo ex ista cordis cœcitate & voluntatis obdurate nascitur præcipuè quædam peccandi necessitas, quam Augustinus multis in locis expresso docet, quæ non est aliud quam quædam impotentia seu insufficientia cavendi peccata, tentationesque superandi, nec aliunde nascitur, quam ex eo quod sufficienti illo adjutorio deseruntur. De qua peccandi necessitate, quia multa superius diximus, eadem iterare supervacuum duco: Cùm hæc sufficient ad illam sanè mirabilem Scholasticorum opinionem Augustini auctoritate refellendam, qua sufficiens illis adjutorium divinæ gratiæ, tantâ profusione, nullâ divinæ severitatis consideratione præbuerunt.

Euseb. 7.
Lib. de nat. & grat. c. 23.
Ibidem.
Vide dicta lib. 3 de peccati natura lapsæ p. n. 101. & similis cap. 12. item lib. 2. c. 2. 3. 4.

CAPVT XI.

Infideles carent gratia sufficienti ad salutem tam proxima quam remota, & omnibus principiis ejus.

NVNC de infidelibus aliquid adjungendum est. Putant enim nonnulli Scholastici etiam illis omnibus, vel semper, vel certis temporibus auxilium sufficiens dari, quo salvari possint. Sed quia salus à fide incipit, auxilium sufficiens ad salutem erit ut minimum sufficiens ad credendum. Nullum est autem sufficiens ad credendum, nisi ad sit credendorum propositio, & supernaturalis aliqua voluntatis excitatio. Porro quia non nisi gratis ac temerè dici potest, talem omnibus infidelibus dari; imò quia satis certum est etiam per experientiam, quibusdam tale quid neque vigilando, neque somniando in mentem venisse unquam, & certissimum, non semper intus excitari & illuminari mentem eorum, hinc facile admittunt non semper illud auxilium sufficiens ad salutem esse præsto in actu, esse tamen in eorum vel proximâ vel remotâ potestate. Nempè quia saltem possunt non ponere impedimentum divinæ vocationi, quod si facerent non peccando, sine dubio vocaretur ulterius, peccando autem reddunt se incapaces gratiæ sublimioris. Tale auxilium enim ad non peccandum ferè omnes unanimiter adesse etiam infidelibus volunt; utpotè sine quo peccatum eis non posset ad culpam imputari. A quibus auctoribus si quæras, cujusmodi istud auxilium sit, alij dicunt esse cogitationem aliquam etiam ab

A objectis naturalibus suscitaram, alii aliud, ut diminutionem virium adversarii, amotionem occasionis qua tentamur, terrorem, blandicias objecti alterius, alii generaliter aliquid adjutorium gratiæ naturalis in substantia. Itaque moles disputationis eo redit, utrum infideles hujusmodi auxilium sufficiens ad non peccandum, & consequenter ad salutem æternam adipiscendam habeant. Et quidem eos omni tali gratia carere, nullam in Augustini principiis dubitationem continet. Quicquid enim diximus, ut Iudæos gratia sufficienti servandi præcepta legis caruisse probarem, multò validius in Infidelibus locum habet, prout res per se ipsa clamat. Quid per se absurdius quam quod illi gratiam sufficientem ad præcepta custodienda habere statuatur, qui & ignorant pleraque præcepta, & eorum legislatorem Deum; illi verò careant, quibus & sui, & præceptorum suorum agnitionem dedit? Nam præter eandem illam ingentem tentationum superandarum impotentiam ex libidinibus profectam, quæ in omnibus infidelibus pariter ac Iudæis reperitur, accedit præterea profunda rerum agendarum cavendarumque ignorantia, qua de tenebris in tenebras cadunt, hoc est, ex uno peccato in aliud præcipitantur. Hæc autem peccata, vera peccata sunt, quamvis ignorantiam illam dissipare non possint, prout latè in præcedentibus

Vide supra lib. 3 de peccati natura c. 4. & 5.
Ita Bellarm. supra Suarez supra & V. J. quædam.
Vide latè supra hoc libro c. 4. & 5.

Vide supra lib. 3 de peccati natura c. 4. & 5.
Vide supra lib. 3 de peccati natura c. 4. & 5.



ribus demonstravimus. Quid ergo talis fecerit, ut gratiam assequatur, qui etiam tunc peccat, quando non est conscius se peccasse.

Sed ex alio quoque capite doctrina ista manifesta est. Nam quemadmodum est quidam status sub lege, qui Iudeorum proprius fuit, ita & alios quidam est ante legem, qui ex propria sua ratione competit infidelibus. Quamvis nihil veteret etiam infideles esse sub lege, sive naturali, postquam eam sibi subluentem agnoverint, sive scripta, si eis lata quoquo modo fuerit. Vterque verò status expers gratiæ est, & ab Augustino vocari solet, ante gratiam, ut per hoc ipsum significet utrumque statum carere gratia non solum faciendi bonum, sed gratia de qua potissimum fatigat Augustinus, non faciendi id quod prohibetur malum, seu non consentiendi carnalibus concupiscentiis quibus à Dei præceptis adimplendis potentissime revocamur. Itaque sapientissime docet, in illo statu nullam esse vel pugnam cum concupiscentiis, quibus libet id quod non licet, sed eas hominem etiam approbare & libenter sequi. Ignorat enim ante acceptam legem eos esse malas aut respuendas: Prima est actio, inquit, ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace.

Ante legem actio est, cum peccatum ignoramus & sequimur carnales concupiscentias &c. Et iterum: in prima actione qua est ante legem, nulla pugna est cum voluptatibus huius seculi. Et in epistolam ad Galatas: Ante legem non pugnamus, quia non solum concupisimus, & peccamus, sed etiam approbamus peccata. Sed quia latissime ex Augustini scriptis alibi istud idem comprobavimus, supervacaneum est hic repetere. Videantur ea quæ loco in margine citato diximus. Ostendimus enim duos illos status, sub quorum altero necessariorum infideles vivunt, non solum omni gratia Christi destitutos esse ad cavendas superandasque peccatorum tentationes, sed etiam in statibus illis deesse arbitrio libertatem, ad bonum, hoc est, arbitrium voluntatis non esse liberum ad faciendum aliquem actum bonum, sed tantummodo ad malum, utpotè quod sub libidinibus, rerum terrenarum & carnalium libidinibus, rerum terrenarum & carnalium servum captivumque teneatur, à quibus nisi per ipsam solam fidem liberatoris Christi, liberari nullo pacto potest.

Tertio probavimus fusè in præcedentibus, nullum omnino bonum moraliter opus, hoc est, nullum opus quod non sit peccatum ab infidelibus posse fieri, sed quicquid faciant, quoquo modo se vertant, quaecumque recedant meditentur operationem, totum in eis perverli amoris cupiditate contaminatum esse, & ex vulnere in vulnus surgere, utpotè qui quamdiam infideles manent, ipsis principiis faciendi moraliter boni careant. Hæc autem principia duo sunt: Primum est dilectio Dei seu justitiæ, quæ in omni opere etiam moraliter bono dominari debet, atque ita dominari ut nisi adsit, non nisi peccatum futurum sit opus, quod ex alia quacumque dilectione nascetur. Qua de re vide quæ latè eodem illo libro, itemque alio

A de statu puræ naturæ diximus. Nam illa dilectio Dei seu justitiæ nullis omnino viribus naturæ, sed per solam & magnam gratiam Christi Salvatoris haberi potest. Hinc enim proficiscitur illa solemnissima sancti Præfatis doctrina, quam ex Apostolo derivavit, de qua etiam superius diximus, quod *Dilectio implendo legi*, hoc est, per solam dilectionem justitiæ lex quaecumque sive tota sive parsejus, sive quodcumque præceptum impleri potest, ut animus non sit peccati vel interius vel etiam exterius perpetrati reus. Porro ista Dei & justitiæ dilectione infideles omnino destituti sunt, quia Deum verum ignorantes, sua quantum vel extra fabricant idola pro Deo suo venerantur. Ex quo consequenter fit, ut nullum opus bonum, nulla vera tentationis ullius superatio, quæ non nisi istius celestis divina quæ dilectionis fructus est, in illis esse possit. Quidquid enim faciunt, non ex amore Creatoris, sed creaturæ cupiditate fiunt: *Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas.* Et ex illa creaturæ cupiditate nasci non potest fructus bonus. Quia, ut Augustinus: *Sine hoc amore Creatoris, nullus quisquam bene vivit creaturus.* Non enim, ut alibi tradit, *fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit.* De quibus omnibus principiis alibi fusè disserimus. Cum ergo non habeant infideles gratiam sufficientem diligendi Deum, quos & ipsa agnitio & fides Dei deficit, profectò non habent gratiam sufficientem bene operandi.

Secundum principium boni operis, quo infideles carent, est fides veri Dei, & Christi ejus, sine qua fide impossibile est vel servare legem, vel cavere peccata, vel præceptum facere, vel tentationem superare. Illa fide eos carere manifestum est, quia inde propriè infideles nominantur. Hanc autem fidem ad bene operandum esse necessariam, non solum supernaturaliter vel meritorie, prout hoc à posteris excogitatum est, sed ad operandum ut oportet, hoc est, ita bene ut sit verè opus bonum seu non malum, constantè Augustinus tradit. Quid enim amplius requiratur ad opus bonum, in Aug. scriptis non reperient. Nam opus verè bonum, hoc est, quod non est malum neque culpabile, non potest non placere & gratum Deo esse, non potest non esse meritorium, non potest non esse supernaturale. Porro hujus doctrinæ de fidei necessitate ad opus bonum, ratio est, quia ut sit opus bonum, quemadmodum diximus, opus est ut fons omnis boni Deus verè & sincero amore diligatur, quæ dilectio sine verè & supernaturalis gratiæ inspiratione haberi nullo pacto potest, Augustino dicente: *Hoc totum rectè fit, quando fit propter ipsum, quando gratia amatur ipse: qui amor nobis esse non potest nisi ex ipso.* Talem autem dilectionem seu charitatem Dei, fides Dei adeoque Christi Salvatoris, necesse est antecedit, quemadmodum hoc ipsi Scholastici consentunt, apud quos confessum est, charitatem sicut & spem, tanquam virtutes naturam superantes, postulare antecedentem veluti solem suum, fidem, cujus radijs

Vide lib. 2. de statu puræ nature à c. 5. usque ad cap. 11.

In Epistolâ ad Gal. cap. 11.

Lib. 4. contra Iul. cap. 3.

Vide lib. 2. de statu puræ nature lapsa c. 12.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Signe ad 16. & 17. ma.

Enl. 83. 99. quait. 66.

In epist. ad Galatas.

Vide dicta sine lib. 3. de statu nature lapsa c. 6.

Vide s. 3. 4. s. 5. usque ad 13.

Vide lib. 4. de statu nature lapsa à cap. 1. usque ad 18.

Vide lib. citato à c. 16. usque ad 24.

dirigantur. Quod illis Augustinus jam olim
 precinuerat: *Bonum opus mentio facit, intentionem fides dirigit.* Et in Psalmum sexagesimum septimum: *Ea sola bona opera dicenda sunt, quae sunt per dilectionem Dei.* Haec autem necesse est, ut antecedat fides, ut inde ista, non ab istis incipiat illa. Quoniam nullus operatur per dilectionem, nisi prius credat in Deum. Ex quo nascitur, ut opera quae non ex fide Dei per dilectionem Dei operante proficiunt, non sint bona sed mala, perniciosa, peccata. Unde illud brevissimum essatum eius: *Male vivitur si de Deo non bene creditur.* Et in eundem Psalmum trigessimum primum: *Debemus multa opera proponere fidei, id est, ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus. Ea enim ipsa opera quae dicuntur ante fidem, quantum videntur hominibus laudabilia, inania sunt.* Et adversus Iulianum: *Disce enim, qui non facit opera bona, intentione fidei bona, hoc est, eius, quae per dilectionem operatur, totum quasi corpus, quod illi velut membris, operibus consistat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum.* Hanc porro dilectionem Dei, quam fides Dei praecedere debere tradit, non est alia quam illa dilectio rectitudinis, & aequitatis, & iustitiae, quae in ipso & per ipsum praecipitur, quod implendum praestituitur, lucet; non enim solum opus bonum, sed nec ipsa superatio tentationis aut vitij, fit veraciter atque sinceriter nisi vere delectatione iustitiae. *Hoc autem est in fide Christi.* Quae omnia late suis locis ex professo tradita sunt, ubi accuratius videntur. Cum igitur non habeant infideles gratiam sufficientem, neque diligendi Deum, neque credendi in Christum, prout Scholastici contententur, profecto multo minus habent sufficientem gratiam bene operandi, sive servandi legem naturalem, sive peccata vitandi. Nam sine fide Christi, & sine fructu eius, dilectione Dei atque iustitiae, nemo quicquam boni operari, vel à peccando abstinere potest: sed quantumcumque lacertos moveat, non nisi de peccato in peccatum labitur, hoc est, ut Augustinus loquitur, *alijs peccatis alia peccata vincuntur.* Et ut Prosper acutissime: *In vulnera vulnera surgit.* Ex his jam sublucere incipit, quam diversa & Augustino ex diametro adversa via Scholastici Doctores ingressi sint, ad gratiam sufficientem vitandi peccata infidelibus afferendam, ut salutem consequi possent. Nam Scholastici cum viderent Infideles immediata gratia dilectionis Dei & fidei quoque manifestè destitui, ne tamen illos sine interna potestate salutis obtinendae derelinquerent, mediata fidem atque dilectionem in eorum potestate collocarunt, quia videlicet habent gratiam qua possint non ponere impedimentum illustrationibus Dei, quibus adducantur ad fidem, legis naturalis praecipua servando. Augustinus è diverso, cum videret ac veluti totius doctrinae suae basim firmissimè teneret, neminem infidelem posse legem naturalem, sive totam, sive ullum praecipuum eius ita custodire, ut illud servando, vel illa eadem quae praecipitur adversatur, vel alia reproba cupiditate non peccet, ad fidem atque dilectionem Dei tanquam ad primam gratiam infidelium recurrit, qua possint & naturalis legis praecipua servare, & ea servando salutem consequi sempiternam. Nam ante fidem, Augustinus nullam omnino gratiam, sive efficacem, sive sufficientem ad quicquam bene operandum in infidelibus novit.

Hoc enim in primis probat, quod frequentissime doceat, fidem esse, quae impetrat gratiam & adiutorium, quo humana infirmitas id quod praecipitur sibi lege, possit operari. Ergo, inquit, Spiritus gratia facit, ut habeamus fidem, ut per fidem impetremus orando, ut per fidem facere quae iubemur. Ideo ipse Apostolus assidue legi praeposuit fidem, quia quod lex iubet facere non valeamus, nisi per fidem rogando impetremus, ut facere valeamus. Et libro de Spiritu & littera: *Ad hoc sicut lex non evacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impletur: ita liberum arbitrium non evacuatur per gratiam, sed statuitur; quia gratia sanat voluntatem, ut iustitia libere diligatur.* Quid autem rectè operetur, qui non diligit ipsam praecipitur iustitiam quod imponitur? *Quis enim dubitat dicere, voluntatem, nullo modo iustitiam diligentem, non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem.* Hanc autem iustitiae dilectionem, sine qua nemo rectè operari potest, gratia tribuit, sed gratia quae non nisi per fidem impetratur. Et in epistola ad Paulinum: *Si quis autem dixerit, quod gratiam bene operans fides mereatur, negare non possumus, imò verò generalissime constitemus. Hanc enim fidem voluntas habeant, qua impetrent charitatem, quae sola verò bene operatur.* Quia videlicet ista charitas est illa dilectio toties commendata iustitiae, sine qua voluntas non nisi pessima esse potest. Et ista fides, ut alibi, est illa fides, quae per dilectionem operatur, non per timorem, non frigidando ponam, sed à M. ANTONIO IUSTITIAM. Hinc est illa sententia sancti Augustini celeberrima, quae dicere solet: *Fides impetrat quod lex imperat, hoc est, impetrat gratiam qua possit id quod lege imperatur, ab arbitrio per peccatum infirmato fieri.* Quod operum lex mimando imperat, hoc fides lex credendo impetrat; quo significatur, ut inferius explicat: *Legem operum dicit Deus, fac quod iubeo: legem fidei dicitur Deo, da quod iubes.* Et in libro de natura & gratia: *Haec est fides ad quam praecipua compellunt, ut lex imperet, & fides impetret.* Et in Enchiridio ad Laurentium: *Fides namque impetrat quod lex imperat.* Hoc autem nonquam intelligit aliter sanctus Augustinus, nisi quia fides hominis agnoscentis infirmitatem animi sui, ad diligendam legis iustitiam, à qua diligenda per contrarias rerum terrenarum cupiditates revocatur, invocat adiutorium gratiae qua illa sibi dilectio inspiraretur, sine qua quaecumque legem implere seu facere impossibile est. Sic enim scriptum in plurimis operum suorum locis explicat. Nam in eodem illo loco Enchiridij, cum dixisset, fides impetrat, quod lex imperat statim rationem subiicit: *Nam sine Dei dono, id est, sine spiritu*

Lib de grat. & 10. arbit. cap. 14.

Lib de Spir. & littera. 32.

Lib. 2. de pecc. merit. cap. 18.

Epist. 106.

Lib. de Spir. & littera. 32.

Ibid. c. 13.

Ibid.

Lib de nat. & grat.

Enchirid. cap. 147.

Ibid. sancto,

vel moraliter bonum, sed omnia esse veri nominis peccata: ut ex hoc intelligamus, quandocumque Augustinus fidem postulat, ut aliquis bene vel iuste operetur, non hoc intelligendum esse de supernaturali quadam & gentilibus ignota operum bonitate vel iustitia, sed quemadmodum verba sonant, & ab hominibus nullam preconceptam opinionem turbatis intelligitur, quod nihil boni operis, vere boni, seu non mali, sine fidei gratia fieri nequeat. Non enim istam impossibilitatem petit, ex nescio qua supernaturali elevatione, quae naturae rationali condita accesserit, sed ex ipsa operum difficultate, quae ex concupiscentia per cognitionem legis inflammata, & ad terrena diligenda deprimente proficiscitur.

Tertio hoc probat quod ante fidem in homine infideli, ne quidem esse possit ipsa prima cupiditas seu voluntas boni, sed haec per ipsam gratiam fidei inspirari debeat. Quomodo vero esse possit opus bonum nisi quis velit aut cupiat sincerè bonum? Si enim bonum non sincerè propter bonum appetat, iam non bonum sed aliud appetit. Quae de se sic Augustinus: *Cupiditas boni non homini à Domino esset, si bonum non esset. Si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est.* Ne verò nescio quid supernaturale, vel meritorium, vel aliud quippiam eorum quae à Scholasticis ad Augustini doctrinam fugiendam reperta sunt, in ista boni cupiditate fingeremus, luculentissime exponit eam, aliud omnino nihil esse, nisi voluntatem illam, qua quis sincerè bonum opus propter ipsam operis bonitatem & rectitudinem & iustitiam in eo resplendentem diligit: eandemque boni operis cupiditatem humanis viribus obtineri sine divinae gratiae inspiratione non posse. Audi verba praclarissima, tantoque veriora & certiora, quod omnibus principis ejus jam saepe tacitis, quibus de Dei gratia disputando nititur, prorsus consentanea sunt: *Ipsam (Deus) cuiusdam veraciterque cantatur, Quoniam praevenisti enim in benedictione dulcedinis. Et quid hic aptius intelligitur, quam ipsa de qua loquimur, cupiditas boni? Tunc enim bonum concupiscit incipit, quando dulcescere coepit. Quando autem timore paene non amore iustitiae sit bonum, nondum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Ergo benedictio dulcedinis est gratia Dei; qua sit in nobis ut nos delectet & cupiamus, hoc est, amemus quod praecipit nobis: in qua si nos non praecipit Deus, non solum non persequitur, sed nec inchoatur ex nobis.* Haec ergo sincera boni operis & rectitudinis seu iustitiae in praecipito resplendentis dilectio seu cupiditas boni, sine qua opus bonum nec esse nec cogitari potest, maxime quae creaturae rationali conaturalis est, vocatur ab eo illa vera ac divina charitas, quae tantoperè in Scripturis omnibus commendatur: *Quid est enim, inquit ibidem, boni cupiditas nisi charitas, de qua Ioannes*

Apostolus sine ambiguitate loquitur dicens, Caritas ex Deo est. Et illam à fide incipere, extra controversiam inter Scholasticos positum est, & ibidem Augustinus docet: *Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia Dei, & ex dictis in praecedenti paragrapho plenius constat.* Quapropter si infideles illa ipsa cupiditate sincera boni careant, sine qua esse non potest ullum opus bonum, hoc est non malum, sed haec per propriè dictam gratiam Dei, fide credentis praecedente impetratam dari debet, frustra Scholastici gratiam nescio quam sufficientem infidelibus tribuunt ante fidem, qua bene operantes ad fidem ipsam provehantur, cum ipsa fides sit prima gratia qua donantur.

Quarto hoc probat, quod Augustinus, quemadmodum (ut vidimus) sepius docuit, Legem Iudaeis datam esse sine gratia, ut per praevagationes stimulantem magis magisque concupiscentia perpetratas, ad infirmitatem suam gratiaque qua praecipua face-re possent necessitatem agnoscendam ducerentur, ita saepius explicat se non aliam gratiam hoc docendo, intelligere, quam fidem seu gratiam fidei utpotè per quam illa gratia bene operandi seu praecipua decalogi implendi speratur, petitur, impetratur, juxta illud ejus axioma decantatum quod jam jam vidimus, *fides impetrat, videlicet orando, quod lex imperat; nempe iusti ac boni operis, hoc est, ut ipse loqui amat, iustitia dilectionem, sine qua nemo boni aliquid operari vel praecipuum implere potest.* Nam hoc sibi vult quotiescumque dicit legem datam esse, ut gratia, ut medicina, ut adiutorium, ex ipsa implendi scilicet difficultate qua reteritur. Loca quibus hoc docet sunt innumera. Pauca accipe: *Ad hoc ergo dixit lex, Non concupisces: ut nos in morbo facere invenientes, medicinam gratia quaeveremus.* Et in epistola ad Hilarium: *tuber ideo, ut facere iussa conati, & nostram infirmitatem sub lege fatigati adiutorium gratia poscere noverimus.* Et libro de natura & gratia: *Itaque praecipua facere commendatur quod conantes & nostris viribus non valentes, adiutorium divinum precemur.* Et ibidem: *Ut ideo tantum audiat vocem legis, quo admonetur implorare gratiam Salvatoris.* Quod in eodem libro aliter dicit: *tubendo admonet & facere quod potest, & petere quod non potest.* Nam medicinae gratia poterit, quod vitio non potest. Et adversus Iulianum in opere suo imperfecto: *Convenit autem Scriptura plerumque hominis voluntatem, ut quod non habet, & non potest, admonitus sentiat, & ab eo à quo sunt bona omnia, indigens poscat.* Et statim iterum: *Propterea ergo per Prophetam dictum est; si nolueritis, & non audieritis me, gladius vos comedet, & cetera huiusmodi, ut cum invenissent in se vitiosos cupiditates ad propellendum in malum, scirent à quo deberent poscere auxilium.* Queri autem non potest gratia, aut medicina, aut adiutorium orando, nisi Deus per gratiam adjuvare credatur: *Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt.* Lex ergo manducando

Ibid. c. 10.

Lib. 1. de Nupt. c. 29. Epist. 89.

Lib. de nat. & grat. c. 15.

Ibid. c. 22.

Ibid. c. 42.

Lib. 1. oper. imperf. contra Iul. fol. 134.

Ad Rom.

manuducendo ad gratiam, primo omnium ducit ad fidem. Hoc enim sibi vult, quotiescunque clarius loquendo dicit legem datam, ut per fidem homo confugeret ad gratiam qua ejus infirmitas juvaretur: Per legem, inquit, ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius misericordiam per fidem confugiens sanetur. Et ibidem inferius: Legitime unum legem iustum, cum eam terrendis imponit iustus, ut cum & in ipsis caperit multa concupiscentia morbus incentivo prohibitionis & cumulo prevaricationis augeri, consurgant per fidem ad iustificantem gratiam, & per donum Spiritus suavitate iustitie delectati penam littere minantis evadant. Vbi iustificans gratia sicut plurimis aliis locis vocatur ab Augustino, gratia actualis adjuvans, qua iustitia legis impletur. Vnde mox addit, legem fidei esse qua creditur, nullo modo sua infirmitati ad implenda ea, qua lex factorum iubet, nisi divina gratia subveniri. Et adhuc inferius in eodem libro: Per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratia contra peccatum. Et lib. 1. ad Bonif. dicit Pelagianos coactos esse concedere ad cognitionem peccati, & ad ipsius legis prevaricationem valere legem, ut cognitio autem peccati per fidem gratia requiratur. Et in libro quarto ad eundem Bonifacium. Ideo sic expressum est legis imperium, ut infirmitas hominis in seipsa deficiens ad facienda qua lex imperat de gratia Dei potius ex fide, quaereret adiutorium cuius misericordia etiam fides donatur. Quod ipsum plurimis aliis locis tradit.

Hoc denique sibi vult, quoties ordinem rerum ipsarum secutus apertissime dicit, legem sua difficultate ad fidem compulsisse. Nam ad gratiam quarendam nemo compelli potest, nisi primo ad fidem gratia ac largitoris ejus adigatur. Itaque cum Augustinus ex Apostolo Iacobo citasset illa verba: postulet in fide (sapientiam) sic subiungit: Hæc est fides ad quam præcepta compellunt, ut lex imperet & fides impetret. Et in libro proxime citato ad Bonifacium: Non ergo legem evacuamus per fidem, sed legem statuiamus qua terrendo ducit ad fidem. Idem quippe lex iam operatur, ut terrore atque conuerso ad iustitiam legis implendam, Dei misericordia gratiam largiatur per Iesum Christum &c. Et in epist. ad Anastasium accuratius: Lex itaque docendo & iubendo, quod sine gratia impleri non potest, boni in demonstrat suam infirmitatem, ut quaerat demonstrata infirmitas Salvatorem, a quo sanata voluntas possit quod infirma non potest. Sed quo ordine ista fiant, accipe breviter & perspicue: Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus charitatem iustitie, implet charitas legem. Et in libro octoginta trium quaestionum quasi ex professo explicandum suscepisset, quod lex non aliter compellit ad gratiam nisi eua compellit ad fidem Salvatoris & adiutoris, gratia & fidei nominibus utitur promiscue eo quod gratia qua infirmitas ad facienda præcepta roboratur, non nisi fidei præcedenti invocanti que tribuatur. Verissime dictum est: legem ergo evacuamus per fidem? Absit. Sed legem statuiamus. Qua ratione, obsecro? Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo

Lib. de Spir. & lit. c. 9.
Ibid. cap. 10.
Lib. de Spir. & lit. c. 30.
Lib. 1. ad Bonif. c. 8.
Lib. 4. ad Bonif. c. 5.
Lib. de nat. & grat. c. 5.
Lib. 4. ad Bonifacium cap. 5.
Epist. 144. ad Anast.
Lib. 83. 99. quest. 66.

Lex per fidem. Quæ fides si non sit, inobstantem legem, & non implentes iustitiam, reus tenet, ut eos gementes & non valentes implere qua iussa sunt, ad gratiam liberatoris al quando conuertat. Quam scilicet sibi iam per experientiam imbecillitatis propriæ videntes esse necessariam, fide liberatorem & adiutorem invocando, conciliant. Et uberiorius adhuc paulo post: Antea concupiscentia, quam lex prohibet, ubi non erat fides & ad cumulum peccatorum prevaricationis crimen adiectum est. Et ut intelligeremus apertissime non aliud significari per hoc quod dixit, Vbi non erat fides, quam ubi nondum erat illa gratia adiutrix operationis bonæ, quæ per solam fidem præcedentem datur. statim adiicit: Sub istis passionibus tanquam sub viro dominante agebat anima, ANTEQUAM VENIRET GRATIA PER FIDEM. Et inferius: Sub lege actio est, contra quam prohibemur à peccato, & tamen consuetudine eius victi peccamus, quoniam NOS NONDUM ADIUVAT FIDES, scilicet invocans gratiam liberatoris & adiutoris. Nam idem subiicit: Tertia actio est quando TAM PLENIS SIME CREDIMUS LIBERATORI NOSTRO. Et planissime in fine quaestionis istius, quasi recapitulando omnia definit: Neque lex mala est, qua ostendit homini in quibus peccatorum vinculis iaceat, ut PER FIDEM IMPLORATO LIBERATORIS AUXILIO, & solvi & erigi, & firmissime constituti mereatur. Et quaestione decima quinta super Deuteronomium: Deus fecit per gratiam suam opus legis in homine, & homo per fidem suam operans gratiam Dei pertinet ad Testamentum novum cooperatur est adiuvans Dei. Et inferius: Deus est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: hoc est in eis qui ex fide gratiam suscipiunt. Et libro de fide & operibus explicans illam sententiam Apostolicam: Lex subintravit ut abundaret delictum: ubi autem abundavit delictum superabundavit gratia, iam dictum ordinem fidei & gratia quæ peccata superantur, accuratissime tradit: Quod, inquit, ideo verum est, quia legem accipientes, homines qui de suis viribus superbissimi presumebant, NEC DIVINUM ADIUTORIUM vincendarum malarem concupiscentiarum RECTA FIDE impetrantes pluribus gravioribusque delictis, etiam lege prevaricata onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente CONFUGERUNT AD FIDEM qua misericordiam indulgentiam merebantur, & auxilium à Domino qui fecit celum & terram, ut diffusa per Spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, cum dilectione agerent qua contra saculi huius concupiscentias iuberentur. Vbi charitatem atque dilectionem non intelligit aliam, quàm illam in ejus omnibus lucubrationibus celeberrimam Iustitie dilectionem, quam paulo post definit: Gratia Spiritus sancti diffusa à charitate donat IUSTITIE DILECTIONEM qua immoderatio concupiscentia superatur. Et alibi: Ita sic dicam ipsam quodammodo legem vivit, qui cum dilectione iustitie iuste vivit, non proprio ac transitorio, sed communi ac stabili gaudent bono. Videlicet & ipso Deo qui est iustitia. Nam ut alibi dicit:

315
Lib. 83. 99. quest. 66.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Lib. de fide & operibus cap. 14.
Ibid. c. 23.
In epist. ad Galatas.
Quest. 16. super Deuteronomium.

Cum verè sit opus legis, charitate sit non timore, que charitas est gratia novi Testamenti. Et que charitas: Quia homo potest facere opus legis per charitatem iustitiae, quod non potest per timorem p[er]nae.

Quod si tum alios libros Augustini tum Commentarium Epistolae ad Galatas excutere necesse esset testimoniorum eius vix ullus esset finis. Nam undiq; cõinentibus sibi documētis constat, certissimam doctrinam ejus esse, quod lex difficultate sua non aliter ad adiutorium gratiae & ad concupiscentias oppugnandas vincenda s[ed] compelleret, quam quia primitus compellebat ad fidem, per quam illud adiutorium necessarium esse crederetur & peteretur. Nam hoc ipso quo le sentiebant esse sub lege reos, infirmitate concupiscentiarum suarum non nisi præcepti pravariationem operante, manducabantur ut crederent esse sibi adiutorium Dei præcipientis comminantisque necessarium, & ut ex illa fide peterent gratiam diligendi iustitiam legis, quam implere jubebantur. Nam ut ex Aug. diximus: Ad fidem pertinet credere quod Deus in nobis operetur & velle, utpote qui per concupiscentiam nostrae infirmitatem legem facere, iustitiam præceptorum diligendo, non possumus. Hinc alibi fidem illam, qua gratia bene operandi impetratur, definiit esse *Qua creditur, nullo posse sua infirmitati ad implenda qua lex factorem iuberet, nisi Dei gratia subvenire.*

Ex ista igitur constantia & consonantia doctrinae proficiscitur primo, quod illam gratiam faciendi quod lex jubet, subinde vocat gratiam fidei: ut in epist. ad Gal. *Vi per ipsam gratiam fidei spiritualia opera legis eos implere posse cognoscere.* Et inferius: *Vi iustificarentur, videlicet per operationem iustitiae, venerunt ad gratiam fidei.* Et in initio, *Nullam scilicet legem in iustis bonis inibus dando, ad demonstranda peccata eorum non auferenda, videlicet per legis impletionem.* Nam ut adiecit: *Non enim auferre peccata nisi GRATIA FIDEI, qua per dilectionem operatur.* Similiter vocat eam subinde, a *Gratiam quae est in fide Christi.* Subindè, *Gratiam per fidem, ut quando dicit quod b[ea]t[us] Iosue fuit typus Christi, id est, gratia per fidem.* Cuius locutionis testimonia etiam supra vidimus.

Hinc proficiscitur secundò, quod quia non quolibet fides intelligitur ex qua illa boni operis gratia impetratur, sed fides Christi mediatoris qui propter nos infirmus factus est, ut nos ejus gratia firmaremur, sæpe gratiam illam vocat *Christianam* qua Christiani sumus, ut in epist. ad Sixtum: *Cum sancta iudicaret inimicis Christiana gratia te servare; quam pharisæi & alibi repperit.* Sæpius verò nominat *Gratiam qua Christiani sumus*, hoc est, per quam & propter quam impetrandam in Christum infirmitatis adiutorem credimus; ut in Epist. PP. Carthag. ad Innocen. Papam, ubi tractatur de illa gratia bonae operationis, quae ad concupiscentias tentationesque vincendas pertinet. Nullam, inquit, relinquens locum gratiae Dei, qua Christiani sumus. Et

exponentes illam gratiam indicant esse eam, qua contra concupiscentias dimicamus, ut aliquid boni possimus operari, qua, inquit, ipsum nostra libertatis arbitrium verè sit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur. Et mox illam gratiam Christianam vocant, qua coadjuvamur legi Dei secundum interiore[m] hominem, hoc est, ipsi iustitiae legis, quam diligendâ esse ubiq; Aug. inculcare solet. Vtriusque verò appellationis ratio est, quae ibidem inculcatur, quia fides Christiana impetrat gratiam illam: Quod, inquit, *auxilium fides impetrat, quae est in Christo Iesu Domino nostro.* Undè hoc auxilium etiam appellat, *Gratiam Christianorum, & gratiam Dei per Iesum Christum.* Et alibi August. *Gratiam fidei Christiana.* Nam illa gratia non datur humano generi nisi per Christum Iesum, & idcirco quoque non nisi per fidem ejus.

Quae cum ita sint, quid aliud potuit de infidelibus docere, nisi quod omni gratia qua vel legem observare, vel bene operari vel pravariatione legis evadere queant, profus careant? Nam quid aliud indicat id quod in questionibus super Deuteronomium docet, quod idèo nullum opus hominis ibi commemoratur, quando Deus Moysi secundas tabulas dedit, quia infideles non contempserunt adiutorio gratiae, per quam videlicet iustitiam lege Dei praescriptâ possint operari? Undè, ut adit, *lex illis ad condemnationem valet, quod significat contritio tabularum.* Idèo autem non contempserunt adiutorio gratiae, quia fide carent, de qua ibidem dixerat, quod *Deus facit per gratiam suam opus legis in homine, quatenus videlicet, et charitatem iustitiae inspirat, ut praescribat, & homo per fidem suam suscipiens gratiam cooperator est adiutorio Dei.* Quid aliud indicat id quod de Paganis hoc est, de infidelibus docet, *Pagani non habent gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Quid aliud dicat id quod de prima gratiae operatricis perceptione docet, hominem bene operari non posse nisi perceperit gratiam. *Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit credere Deo vel in aeterna vel aeterna admonitione motus ad fidem.* Denique quid aliud indicat id quod apertissime docet, adversus Pelagianos volentes legem, naturam & similia esse gratiam illam qua possimus cavere peccata, & pravariatione legis evadere? Non hæc, inquit, est gratia quam commendat Apostolus per fidem Iesu Christi. *Uanc enim naturam etiam cum impijs & infidelibus certum est nobis esse commendatam gratia verò Iesu Christi. Eorum tantummodo est quorum est ipsa fides.* Quam gratiam Christi ad cavenda peccata cum Pelagiani exhorrescerent, in illud abruptum præcipitaverunt ut dicerent, *Gratiam Dei quae data est per fidem Iesu Christi, quae neque lex est neque natura, ad hoc tantum valere ut peccata praeterita amittantur, non ut futura vitentur vel repugnantia superentur.*

Hæc igitur vera ratio est, cur indifferenter usurpentur apud Augustinum, esse sine gratia, esse sine fide, esse sine fide gratia, esse sine gratia quae est in fide, & similia. Et rursus pro ipsa sumantur, facere aliquid per fidem, &

Epist. 907

Lib. 87. 98

De act. 17. super Deuteronomium

Serm. 5. de verb. Apost. cap. 11.

Lib. 1. q. 23 ad Simplicianum

Lib. de grat. cap. 13.

Lib. de grat. cap. 13.

Epist. 907

Epist. 907

Epist. 907

Epist. 907

Epist. 907

Epist. 907

Epist. 907

lib. 3. ad Bonif. 7.

lib. de civ. & gent. 1. 2.

cap. 22.

lib. 1. de civ. & gent. 1. 2.

Epist. 19.

Hoc ipso ca. pite lib. 1. de statu pura natura c. 5. usque ad 12. lib. de fide iustitia amore completur. c. 22. lib. 3. 2. 2. Idem non impletur lex quia ipse iustus titulus quest. 66.

In epist. ad Galatas.

favore per gratiam, & per gratiam fidei, quem admodum superius multis testimonijs declaratum est, et huius plurimis ostendi potest. Vt in libris ad Bonifacium, quod dixerat non convertere gratiam in vitam, in eodem capite inferius dicit, sine fide gratia Christi vivere. Vt in libro de natura & gratia, quod dixerat, non potuisse Christum nomine audire, ut crederet & iustus fieret, statim adijcit, sine gratia Christi iustificari non posse. Et in eodem libro inferius, quod dicit confugere ad gratiam, mox ex apostolo dicit, concludi in fide, ubi & remittantur que male sunt, & eadem gratia vivante non sunt. Vt quod adhuc inferius cum his teruè docuisset, etiam antiquos non potuisse iustificari nisi gratia Dei per Jesum Christum, statim inde rationem petit, quia ea fides iustos sanavit antiquos, qua sanat & nos, id est, mediator Dei & hominum, fides sermone eius, fides crucis eius, fides mortis & resurrectionis eius. Quorum omnium non est alia ratio, quam quia nulla omnino in scriptis & mente Augustini est gratia, vel bene operandi vel legem naturalem servandi, & peccata tanquam impedimenta gratia vitandi, nisi illa gratia Dei que per fidem Christi petitur & impetratur. Ex quo fit ut illam sine fide habere sit impossibile, quia cum desiderare auxilium gratia sit initium gratia, ut Aug. ait, quantumdum carent homines fide, ne quidem desiderare, medum implorare possunt auxilium gratia, quia neque gratia adiutoris necessitatem sciunt quam docet fides, neque datorem eius pro ea invocare possunt: Quomodo enim invocabunt illum quem non crediderunt. Nam ut Aug. ad hoc credunt qui recte credunt, ut invocent eum in quem crediderunt & valeant facere, quod in preceptis legitimum acceperunt.

Hec quoque vera ratio est, cur apud Augustinum indifferenter usurpentur, sine fide, & sine gratia, & sine charitate homines preceptum implere non posse. Quia sicut non nisi fides est, que accipit illam operandi gratiam, ita illius gratia effectus non est nisi charitas, per quam preceptum sine reatu prevaricationis impletur. Quod quamvis Scholasticis, recentioribus maxime, valde mirum videatur, in Augustino tamen principijs est certissimum: juxta que prorsus impossibile est, ullum preceptum Dei facere, nisi ipsa precepti iustitia diligatur, quem admodum tum supra diximus, tum alibi diffusimè demonstravimus. Nam apud ipsum fixa, firma, & immobilis doctrine regula est: Quod violentia fidei spiritus sancti imperatur per quem diffusio charitatis cordibus nostris, Lex non timore plena sed amor completur. Juxta quam immobilis regula olim ante effusam Christi gratiam, NONDUM ERAT CHARITAS: qua dilectione temperet inferiora mentis, ne ad peccatum delectatione rerum temporalium traheretur. Nam ista spiritualis dilectio suspendit animum ex illa incommutabili norma iustitie, que in ipsa precepti equitate fulget, atque ita communi ac stabili gaudentem bono robustum efficit, ne deorsum ad

concupiscendas temporalium rerum voluptates, que pugnant legi dilabatur.

Ex his omnibus jam abundè manifestum esse puto, indubitatum Augustinum ad doctrinam esse quam diximus, quod infideles non solum non habeant sufficientem gratiam servandi precepta naturalia ante susceptam fidem, quod mirabili profectò exorbitatione Scholastici docuerunt, sed nullam omnino, qua vel bene vivere possint, vel naturalem legem servare, vel peccata vitare. In eius quippe principijs, fides prima est gratia, ad quam precepta per ipsam sui implendi difficultatem & minas & prevaricationes ducunt atque compellunt: utpote sine qua illa gratia operatrix, que concupiscentijs terrenarum rerum, iustitie repugnantioris resistimus ne peccemus, obtineri nequeat, ut peccatum quod vetatur ipsa iustitie dilectione vitetur.

Ex istis deinde, non minus manifestum est ad quod supra de Iudeis diximus, eos quando sub lege constituti erant, gratia faciende legis caruisse, de hac eadem gratia, que ex fide datur, inspiratque iustitie dilectionem intelligendum esse. Nam de Iudeis potissimum dicit, quod ad fidem terrendo ducerentur, & quod legis prevaricatione, dum aberat gratia, medicum implorandum esse docerentur. Nam doctrinam illam quam vis generalissimam, ex scripturis tamen que de solis Iudeis loquebantur Augustinus expressit. Legerat enim apud apostolum, Concluyit Scriptura legis omnia sub peccato ut promissio id est gratia promissa faciendi legi, ex fide Iesu Christi daretur credentibus. De quo proinde loco sic ait: Nec ipsa (lex) est gratia, & nihil ex ea recte fit sine gratia, quia non est illa que potest vivificare sed prevaricationis causa posita, ut contrarius concluderet, sub peccato, & promissio id est gratia promissa, dilectionis iustitie inspiratrix, qua sola lex fieri potest, ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Legerat & illud apud eundem apostolum, Lex pedagagus noster fuit in Christo, quo nihil aliud significatum Augustinus accepit, nisi quod lex instat pedagogi comminando atque terrendo ducat ad Christi fidem, ut per auxilium gratia precepta faciendū, peccataque vitando, terrore legis auferatur. De quo vide que latius alio in loco diximus.

Hinc igitur fit, quod quam certum est infideles, hoc est, eos qui carent fide, que gratia necessitas ad precepta faciendā agnoscat & imploratur, tam certum quoque sit, eos carere etiam gratia qua possint sine peccato precepta servare, tam certum quoque sit, Iudeos sub lege constitutos gratia non solum efficace, sed & sufficiente caruisse. Nam & ipsi in illo statu fide Salvatoris Christi, imò & fide Dei adiutoris ad bene faciendū, destituti erant, quandoquidem carnales isti homines, & sibi fiderent ad precepta faciendā, & nullius auxilium nisi suæ voluntatis opus esse crederent, & per libidinum internarum impetum qui legis prohibitionem factus erat concitator, & per ipsius prevaricationes legis ad agnoscendā fidem, & ex fide

lib. 1. de civ. & gent. 1. 2.

lib. 3. ad Bonif. 7.

Epist. 19.

lib. de fide iustitia amore completur. c. 22.

lib. 3. 2. 2. Idem non impletur lex quia ipse iustus titulus quest. 66.

In epist. ad Galatas.

ex fide gratiam, & ex gratia dilectionem iustitia dicebantur.

Qua sane in infidelibus longe certius & efficacius locum habent, utpote qui neque praeceptum Non concupisces, acceperunt aut norunt, neque praeceptorum naturalium difficultatem intelligunt, neque Deum verum quoquo modo credunt, neque liberatorem vel carnaliter venturum esse aut venisse sciunt, neque gratiam legis adiutricem vel per somnium cogitarunt. Quo fit ut gratiae dilectionis & agnoscendae & capiendae prorsus incapaces, neque per terrores atque praevaricationes legum naturalium ad fidem Christi, & ad invocandum eius adiutorium spirituale, & ad iustitiae praeceptorum dilectionem capiendae duci possint. Itaque de infidelibus Augustinus: Quando illos videmus & tam steriles eos invenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliquid, unde duci possint ad fidem rectam ad bona opera, vel ad spem futuri saeculi. B concupiscentiam liberationis a captivitate mortalitatis scripturas nominis, quas eis dicimus. Sed quia nullam fructum in eis invenimus, avertimus ab eis faciem & dicimus, adhaec isti non capiunt, non capiunt, quia quicquid illis dixeris sinistrum & adversum habent. Et multo inferius de iisdem non credentibus Christum, quando audiant Christum & eius opera commendari: Irident, inquit, isti quasi stultos &c. Quid ergo facies? Bona Christi non cupis. Aius te implere qui adversarius est Christo. Et in alio loco tradit eos idolis esse similes, quia aures habent & non audiunt, oculos non habent & non vident. Nares habent & non odorantur. Non sentiunt illum odorem; Christi bonus odor sumus, sicut dicit Apostolus, in omni loco. Quid prodest quia naves habent & non odorantur tam suavem odorem Christi? & in alium Psalmum docet, quod in infidelibus nomine tenebrarum significatis, Oculi tuae gratia non operatur, quia homines trahuntur ut credant. Quodque mortui nihil bonum valent credere atque sentire. Ut profecto supra modum paradoxa mihi doctrina videatur, quae talibus hominibus etiam sufficientem gratiam, & qui-

dem ad facienda Dei praecepta naturalia, quae naturae corruptae omnium difficillima sunt adesse constituit. Iam vero ex istis omnibus quae protulimus, & istud perspicue Lectori intelligenti patet, non Augustini tantum opinionem sed Apostolicam istam doctrinam esse, ac tanquam ab Apostolo Christianis propinatam eam ab Aug. tradi. Singula quippe vel penes singula probationum capita, quae a nobis ex Aug. producta sunt, in Apostolo suas radices habent & ex verbis eius pullulant. Et sane si vel sola epistola ad Rom. & ad Galat. conscripta ponderetur, imò leviter percurratur, videbit Lector non aliud sibi aspirari quam fidem Christi prorsus esse necessariam ut possint ab hominibus, non solum infidelibus, sed & iudaicis naturalia bene vivendi praecepta servari. Vnde cum in Epist. ad Rom. fuse declarasset & iudaeos & gentes omnes declinasse, omnes sub peccato esse; omnes indigere gloria Dei, tandem subiungit: Ubi est ergo gloria tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorem? Non, sed per legem fidei. Nempe quia ut Aug. exponit, quod operum lex minando imperat, fidei lex credendo imperat. Et conformiter in sequentibus: Lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit me a lege peccati & mortis. Lex autem Spiritus vitae eadem est quae lex fidei, quia a Spiritu vitae inspirata, ut per virtutem S. Spiritus internas concupiscentias vincat. Hinc etiam ad Galatas idem Apostolus clamat: Concluserit serpiura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quid est autem aliud promissio, nisi gratia in novo testamento promissa, quae lex impleatur, cupiditas superetur, in pace regnetur? In hisce & huiusmodi Apostolicis documentis quibus utraque epistola referta est, fundavit August. doctrinam istam suam, & velut Ecclesiae Christianae basin posteris tradidit, quam ideo & Prosper & Fulgentius ad amulium secuti sunt, & Concil. Araus. Can. sanxit, quando definiit quod Deus nobis fidem & amorem sui prius inspirat, ut cum ipsius adiutorio, ea quae sibi sunt placita implere possimus.

Rom. 3.
Lib. de spir. & lit. 6. 13.
Rom. 7.
Galat. 3.
Conc. Araus. can. ult.

CAPVT XII.

Infideles non habent gratiam sufficientem ordinis naturalis. Gratia sufficiens infidelium a Semi-pelagianis excogitata.

QVAPROPTER quid ad perspicuam doctrinam August. responderi possit, equidem non satis video. Nisi forte illud quod apud ipsos perquam familiare est: Infideles & Iudaeos istos sub lege constitutos gratia quidem Christi quae ex fide est, ac de lectione caruisse, quae naturalis legis praecepta servarent; sed aliam eis adesse gratiam ordinis naturalis. Miror equidem viros eruditos, tam curiosam responsonem probare potuisse. Nam in primis quando de gratia sufficienti ad operandum disputatio est, de illa quaeritur quae per Christum hominibus allata est ad custodiendam naturalem legem, quae in decalogo Iudaicis data est. Talis autem nulla est in Aug. scriptis, nisi quae per fidem datur, quae per dilectionem operatur. Non enim pu-

tandum est, gratiam Christi apud August. & Scripturas sacras vocari, quaecumque gratiam, quae quoquo modo ex meritis Christi hominibus datur, sed illam quam ad carnis concupiscentias reprimendas atque superandas, cum legis agnitione vehementius exarscunt, Christus Iesus mediator Dei atque hominum per crucem attulit: illi vero non est neque natura neque liberum arbitrium, neque lex neque doctrina, neque terror, neque blandimentum alterius terreni boni, neque protectio, neque quicquam omnino ordinis naturalis, sed sola illa gratia dilectionis iustitiae inspiratrix quae sola facit facere quod lex iubet, non solum tota, sed vel unica: nulla enim lex prorsus fieri potest, nisi legis iustitiae diligatur, quod non fit nisi magna & supernaturali gratia Dei. Et



Lib. de grat. & lib. arb. cap. 13. rursus non esse communem cum impijs & infidelibus, sed eorum tantummodo quorum est fides.

Denique quaecumque illa gratia naturalis ordinis fuerit, quae infidelibus ad servandam quamcumque naturalem legem detur, nullo modo sufficiens est, ut illam sine peccati labe intercurrente custodiant. Nam sive occasio tentationis auferatur, sive minuatur vires adversarij, sive timor poenarum irruat, sive aliud obiectum blandiatur, sive iniiciatur naturalis ordinis cogitatio, nihil eorum dicitur, ut cum Aug. contra Pelagianos loquar, Quod per subministrationem Spiritus S. pertinet ad concupiscentias, tentationesq; vincendas. Nam haec omnia libenter à Pelagianis concessa sunt: quae non solum non sufficere putavit Aug. ut peccata caverentur, sed ne quidem in operatrici gratiae classem admittere voluit. Nam nihil istorum idoneum est, ut peccatū ab infidelibus quamcumque legem servare conantibus evitetur. Quamdiu enim fide atq; iustitiae praecipue dilectione carent, servandi q; praecipue occurrit circumstantia, impossibile est concupiscentiae tentationem tolli. Nam ipse timor poenae, ipsae obiecti blandientis illecebrae, ipsa animi qualisumque in quamcumque partem per quamcumque cogitationem naturalem inclinatio, est tentatio. Non enim intelligere videntur Scholastici, quid sit concupiscentiae terrenae sive carnalis motus, & consequenter quid sit tentatio, cui Spiritu repugnandum est. Nam quaecumque terreni boni appetitio undecumque nata, concupiscentiae nobis inolitae tentatio est, ut alibi late declaravimus, à qua non potest animus expediri, nisi per illam solam iustitiae charitatem quam meruimus. Illa enim sola Spiritum avellit ab omni terreno, hoc est, creato bono, & facit illum gaudere ipsa legis iustitia & veritate tanquam communi & stabili & incommutabili bono, quod est Deus ipse benedictus in secula. Talis autem iustitiae charitas seu dilectio non potest haberi naturaliter, quasi esset aliqua charitas naturalis, sed per solam eamq; magnam Spiritus S. gratiam atq; infusionem, ut alibi dictum, dari potest, sive illa perfecta sit, ut nihil omnino praeferat aequitati, sive imperfecta, ut homo iustitiae pulchritudine saltem tenuiter delectetur, atq; ex illa delectatione operetur. Hoc si Scholastici juxta profundissimam, solidissimam, castissimamq; S. Praefulis doctrinam intelligerent, non afferrent pro gratia infidelium, blandicias obiectorum, timores poenarum, ex amore creaturae pullulantes & huiusmodi, quibus tentatio non effugitur, sed vel eadem vel alia occultius animo implicatur. Quam ob causam sexcentis locis Aug. docet, quando animus timore poenae, non amore iustitiae praecipuum facit, non facere in animo id quod facit opere, ideoq; peccati interius esse reum, quantum vis sibi innocens esse videatur. Qua de re tanquam certissima ex professo alibi diximus & adhuc dicturum sumus. Cum ergo impossibile sit extra iustitiae ac Dei dilectionem aliter praecipuum facere, nisi vel timore poenae, vel amore creaturae, ex quo timor quoq; poenarum nascitur, & neuter

Vide dista. sive lib. 2. de statu naturae lapsae cap. 10 & aliquot sequentibus.

Vide lib. 1. de statu naturae purae c. 10.

Vide l. 2. de statu naturae lapsae & infra lib. 5. de grat. Christ. Salvat. Vbi late de timore poenae.

animum à peccato, vel contra praecipuum illud quod observare videtur, vel contra aliud perpetrato aut perpetrando liberare possit, perspicuum est nullam gratiam ordinis naturalis esse sufficientem ad custodienda praecipua naturalia. Vnde quoque ista Scholasticorum doctrina tantà liberalitate gratiam largientium, in Augustino, Prospero, Fulgentio, ceterisq; verae gratiae defensoribus profus inaudita est: ut non immerito dici possit, eam à Massiliensibus ceterisq; Semi-pelagianis ortum habuisse, & in Catholicorum scholas esse translatam. Cum enim Aug. nihil frequentius inculcasset, quam gratiam Dei secundum sapientissimam ejus voluntatem dari quibus vult, quoniam misericors est, & non dari quibus non vult, ut notas faciat divitias in vasa misericordiae: itemq; Deum unum adjuvare, alterum non adjuvare; ac denique inter duodecim sententias capitales, de quibus Catholica non dubitaret fides, illas tres in primis collocaret: Scimus gratiam Dei non omnibus hominibus dari. Et, Scimus eis quibus datur, misericordiae Dei gratia dari; Et, scimus eis quibus non datur iusto iudicio Dei non dari; Massilienses doctrinam illam veluti fatalium decretorum auctrice respuentes, quibus Deus unum ab altero discerneret, voluntatem generalem salutis omnium in Deo fabricarunt, & ex illa gratias sufficientes ad assequendam salutem, maximeque ad legem naturalem custodiendam in omne genus hominum diffuderunt. Quod ex Prospero ad Aug. scribete & ex Fausto productis testimonijs clarissimis probavimus multoq; plura ad eandem veritatem tanquam indubitata asserenda proferri possent. Vnde Faustus Catholicam doctrinam everfurus, ita auspicatur: Nunc veniendum est ad illos, qui dum gratiam alijs dari, alijs negari asserunt, manus gratiae cum Pelagio perdididerunt. Quibus verbis istam celeberrimam Aug. & Catholicae Ecclesiae doctrinam, quam jam diximus, taxari damnariq; manifestum est. Vnde continuo subiungit Gratia beneficia in totum genus humanum extendi. Denique gratiam omnibus offerri atq; ingeri ad salutem fuseque probat, quemadmodum etiam nunc recentiores quidam magnopere contendunt, per istam restrictam gratiae largitionem, qua unum adjuvat, alterum non adjuvat, uni eam dat, alteri non dat, fatalem necessitatem invehi, desperationem adduci, orationem tolli, quae jam similiter tam invidiose jactantur. Vnde valde verisimile est, dum quidam Scholastici, in illa profunda Aug. de Dei gratia quaestione minus versati, Faustum velut Catholicum auctorem legunt (quod à multis factitatum esse novimus) sententiam istam cum alijs valde multis perniciosisque imbibisse, atque ad posterios transmisisse. Quanto satius fuisset, si doctrinam August. non satis penetrarent, saltem Prosperum auctorem probatissimum cum Semi-pelagianis luctantem attendere, qui cum sententiam illam quam amplectuntur, late retulisset, refellit exfertissime, & ea stultitia vocat, quae credi cupiebant. Sed jam ad argumenta quaedam dissolvenda transeamus.

Vide lib. de uno perf. c. 12. & epist. 107. de lib. de pecc. c. 5. & c.

Epist. 107.

Lib. 2. de statu naturae lapsae cap. 10.

Lib. 1. de statu naturae purae c. 10.

lib. c. 4.

Lib. de in-grat. c. 10. & c. 12. Cap. 13.

Handwritten marginal note in Latin script, partially obscured by the binding.

CAPVT XIII.

Proponuntur duo argumenta pro asserenda gratia sufficiente. Dissertur fusè de possibilitate & impossibilitate præceptorum Dei. Esse quandam voluntatis infirmitatem, qua non potest certas tentationes superare, nec adest gratia qua superentur, nec Spiritus orationis, quo vires impetrentur.

PRIMUM omnium tanquam inexpugnabile munimentum asserunt, quod Deus jubeat homines credere, penitere, legem naturalem decalogi, cæterisque sub æternæ perditionis pœna servare: Deus autem non jubet impossibilia, ergo dat omnibus sufficiens auxilium ad ea faciendam quæ jubet. Deinde peccant homines etiam infideles, quando fidei & penitentiæ præcepta, legesque naturales violant, ergo sufficiens auxilium habent ad vitanda illa peccata: nemo enim peccat in eo quod vitare non potest. In his difficultatibus ex ratione petitis pœnæ fundantur omnia cetera quæ de consilio, hortatione, suasionem ad faciendum præceptum asseruntur, ut omnibus gratiam sufficientem adesse persuadeant. Et ipsa ista tres difficultates ex eodem fonte fluunt, ex impotentia scilicet præcepta faciendi. Si enim infidelis & obduratus aut excoecatus non potest præceptum facere, ergo Deus præcipit impossibile, ergo infidelis peccatum vitare non potest, ergo non est peccatum, ergo non est liber ad bonum.

Respondetur de illis omnibus objectionibus alibi multa diximus. De duabus quidem primis in libro quarto de statu naturæ lapsæ. De tertia verò in libro tertio. Quæ si recte intelligantur, nihil difficultatis in earum solutione remanebit. Nihil tamen vetat ad pleniorē intelligentiam, quædam inde delibando repetere, & quædam ex Aug. addere, quo clarius ostendatur, non cum istorum argumentorum velut insuperabiles moles veritū declinasse, sed sapenunero solvendo disjecisse.

Respondetur igitur primam illam sententiam qua dicitur Deum non jubere id quod homini est impossibile, nunquam sic intellexisse Augustinum, ut Deus non possit homini præcipere id quod proprijs viribus suis implere non potest. sed solum quod ita impossibile est, ut neque proprijs neque alienis viribus, si illas in auxilium advocaverit, possit implere. Unde sæpenumero ex professo docet, Deum jubere quædam quæ non potest homo facere, ipsumque auxilium suum subtrahere non ut desperet homo, sed ut faciendi vires & auxilium quibus se carere sentit, sibi imploranda esse doceatur. Quod ex ijs quæ fusè diximus de lege Judaicæ data, quam implere non poterant, ut ipsa legis prævaricatione ad auxilium gratiæ invocandum ducerentur, manifestissime constat. In quibus tamen, si quid obscuritatis alicui fortasse superesset, ex alijs perspicuis locis illustrari potest. Nam hoc idem sibi vult Augustinus, quando contra Pelagia-

A nos præceptorū possibilitatem cōtentiosissime inculcantes dicit: Itaque præcepto facere commo- *Lib. de nat nemur quod conantes & nostris viribus non valentes: & grat. c. 15* adiutorium divinum precemur. Et inferius post aliquot capita: Non igitur Deus impossibilia iubet; *ibid. c. 43.* sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis. Et multis in eodem libro interjectis: Eo quippe ipso quo firmissime creditur, Deum *ibid. c. 69.* iustum & bonum, impossibilia non potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid æquamus, & in difficultibus quid petamus. Et in libro de Spiritu & littera: Ideo enim lex iubet, ut admoneat quid faciat fides, ut cui iubetur, si nondum potest, *lib. de perf. reur.* se ut quid petat. Si autem continuo potest, & obtemperat, debet etiam scire quo dante potest. Et in libro de perfectione iustitiæ, summis viribus Celestius contendit, præcepta esse debere possibilia. Nam cur, inquit præcipitur, quod si omnino non possit? Respondet ei *ibid. c. 3.*

B Augustinus similitudine: Consultissime homini præcipi, ut recte passibus ambulat; ut cum se non posse per specerit, medicinam requirat. Quam similitudinem paulò ante lucidius declaraverat: Cum videmus claudum qui sanari potest, rectè utique dicimus debet homo iste esse sine claudicatione. & si debet, potest. Nec tamen cum vult continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus, & medicina adjuverit voluntatem. Et libro de gratia & libero arbitrio, eandem objectionem Augustino Pelagiani movent: Magnum aliquid Pelagiani se se re putant, quando dicunt, Non iubet *Lib. de grat. & lib. arb. cap. 16.* Deus quod sciret non posse ab homine fieri. Quomodo igitur retundit istud eorum acutissimum rebum? *ibid. c. 43.* Quis hæc, an, nesciat? Sed ideo iubet aliqua, quæ non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides, qua orando imperat, quod lex imperat. Quam Augustini doctrinam Aug. verbis paulò ante citatis Tridentina Synodus tanquam Catholicam sanxit: Deus impossibilia non iubet, sed iubendo admonet *Conc. Trid. sess. 6 c. 11.* & facere quod possis, & petere quod non possis. *ex Aug. lib. de natura & gratia c. 43.*

C Ex hac indubitata doctrina quædam non parvi momenti ad hanc rem spectantia inferuntur & clarescunt. Primum quidem, esse quædam homini præcepta secundum statum & vires in quibus constitutus est, impossibilia. Hoc enim non solum illa loca exserte profutur, dum dicitur Deum aliqua iubere quæ non possumus, sed etiã ipsa oratio, qua petimus ut possimus, perspicuâ attestatione confirmat. Si enim iam possumus ad quid petimus ut possimus.

Secundum, non adesse semper gratiam qua possumus, hoc est, qua illa eadem præcepta implere sufficiamus. Si enim iam adest gratia, qua præcepta implere sufficientes sumus & possumus, stultum est orando fatigare, ut possimus.



Lib. de nat. & grat. Lib. de sancta Virginit. cap. 41

Nam quid stultius, ut Aug. ait, quam orare ut possis id quod iam habes in tua potestate? Mendaciter enim periturus, inquit, si ea quae praecepta sunt, non adiuuante eius gratia facere possumus.

Tertium hanc impotentiam reperiri non solum in excruciatibus & obduratis, & infidelibus, de quibus nunquam vel Augustinus vel Ecclesia, sed solum Scholastici nonnulli ex humanis rationibus, dubitarunt, sed etiam fideles & iusti, qui & fidem Christi & charitatem iustitiae susceperunt. Nam de fidelibus in omnibus istis locis Augustinus loquitur, utpote qui soli ad petendum auxilium idonei sunt. Infideles enim quomodo invocant in quem non crediderunt? Nam ut sanctus Doctor ait: Ad hoc credunt qui recte credunt, ut invocent in quem crediderunt & VALEANT FACERE, quod in praeceptis legitimis acciperunt. Tridentinum verò de iustificatis expressè loquebatur, ut id ostenderet, quod praeferat, Dei praecepta homini IUSTIFICATO ad observandum non esse impossibilia, eo quod iubendo Deus moneat petere quod non possis; & si exaudiat, adjuvet ut possis.

Quartum hanc impossibilitatem fidelibus accidere, non tantum quando nolunt praecepta facere, sed etiam quando volunt. Perspicuum est enim eos qui Deum pro impetranda gratia deprecantur, ut valeant facere quod iubetur, iam habere praecepti implendi voluntatem, sed deesse potestatem. Nam de volentibus Augustinus loquebatur, quando dicebat, Nec tamen eum vult continuo potest, sed eum fuerit adhibita curatione sanatus & medicina adiuverit voluntatem. Et in eodem libro paulò inferius, indicans hoc ex praecedentium peccatorum sive actualium sive originalis poena proficisci, sub quibus, inquit poenis positi vel NON POSSUMUS, quod volumus, intelligere, vel quod intellexerimus, VOLVIMUS, NEC VALEMUS IMPLERE. De volentibus quoque loquebatur, quando dicebat: Surge & ambula. Forte conaris ambulare & non potes, quia dolent pedes. Unde dolent pedes? An iubente avaritia per aspera incurramus? De volentibus loquebatur quando dicebat: Est & hic unde illi placeamus eius misericordiam in his deprecando à peccatis nos, quantum possumus abstinendo: in quantum autem non possumus, consistendo atque plangendo.

De volentibus loquebatur quando dicebat: Volumus ó Domine, volumus & non possumus: aut forte nec volumus, premente sarcina gravamur, & nolimus. De volentibus loquebatur quando dicebat: Iuliano firmiter perpetuam sufficientiam homini adesse praedicanti: Quando fecundam eam (qualitatem malam animo firmiter inhaerentem) dicitur animus malus, vel potius homo malus, nonne metuis ne voluntas bona, aut non ibi esse possit, aut VALERE NIHIL POSSIT? De volente Apostolo loquebatur, quando dicebat eum fuisse iam praecepti capax, sed non efficacem & idè praevariatorem legum. De volentibus loquebatur quando dicebat: Sufficit tibi gratia mea, non sufficit tibi voluntas tua. Et cur quare non sufficit? Audi: Volo ut velis, sed

Supra lib. de prof. luff. cap. 3.

Ibid. r. 4.

Tract. 34. in Ioannem.

Tract. de verb. c. 1.

Serm. 97. de diversis c. 4.

Lib. 6. contra Iul. cap. 18.

Lib. 11. ad Bonif. c. 3.

Serm. 3. de verb. Apost. cap. 8.

non sufficit ut velis. Adiuuandus es ut plenè velis, & impleas quod velis. De volentibus loquebatur quando dicebat. Sunt necessitate facta improbanda, ubi vult homo rectè facere & non potest. Et quando dicebat quod nunc post peccatum, non habet homo in potestate ut bonus sit, sive non videndo qualis esse debeat, sive videndo & NON VALENDO ESSE, qualem debere esse se videt: quia ut infra subiicit, Illa est enim poena iustissima, ut qui sciens rectè non facit amittat, scire quod rectum sit: & qui rectè facere cum posset noluit amittat posse cum velit. De volentibus loquebatur quando dicebat: Qui cogenti cupiditati BONA VOLUNTATE resistere NON POTEST, & idè facit contra praecepta iustitiae, iam hoc ita peccatum est, ut sit etiam poena peccati. De volentibus loquebatur quando dicebat: Invenit ergo se ligatum difficultatibus cupiditatum, & NON POSSE viam propter compedes ambulare. Inclusionem se sentit difficultate victorum, & tanquam MURO IMPOSSIBILITATIS erecto, portisq; clausis qua evadat ut rectè vivat, non invenit. Et inferius: Conat & NON POTEST, ligatum se sentit, exclamat ad Dominum. Et iterum: Si eum primitus CUM VELLE POSSET & non sentiret adversus se obnutescentes cupiditates, nec vinculis suis gravata anima collideretur, suis viribus tribueret quod se POSSE sentiret. Cui sanctus Prosper discipulus ejus in eundem Psalmum succinit, esse enim dicit vincula quadam IMPOSSIBILITATIS, & illa cupiditatum contrariarum impedimenta, quae à Deo rumpenda sunt, ut ad rectè agendum acciperet facultatem. Itaque humilitatem doceri hominem per EXPERIENTIAM IMPOSSIBILITATIS sua, ut videlicet, sic inveniant se sine adiutorio DEI NIHIL POSSE. De volentibus loquebatur, quando dicebat Augustinus Bon facio, serva saltem pudicitiam coniugalem & roga Deum, ut quod non POTES MO- DO POSSIS aliquando. Quam doctrinam fundatissimam, si accersitis integre testimonij confirmare vellemus, unum integrum pandè volumen ex ejus verbis excreferet.

Hinc ergo fit ut non senel de sancto Petro etiam volente dicat, cum Christum negare, invalidas infirmasque fuisse vires ejus, imò non potuisse mortem ferre pro Christo, quamvis hoc & velle, & se posse iudicaret: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et illi, etiam in hoc superbi, POSSUMUS. Quomodo Petrus Tecum usque ad mortem. Fortis vir, donec samina diceret. Et iste cum illis erat. Sic & illi POSSUMUS. POTESTIS? POSSUMUS. Et ille Calicem quidem meum bibetis; & si modo NON POTESTIS, tamen bibetis. Quomodo ait Petro, NON POTES me sequi modo: sequeris autem postea. Et in tractatibus in Ioannem: Quid festinas Petre? Nondum testis Spiritu solidavit terra. Noli extolli praesumendo, NON POTES modo. Noli deici de sperando: sequeris postea. Sed quid aibus ille dicit? Quare te non possum sequi modo? Animam meam pro te ponam: Quid in animo eius esset cupiditatis videbat, quid vitium non videbat &c. quantum sibi assumpserat Petrus

Cap. 10.

Lib. 3. de lib. arbit. cap. 18.

Ibid.

Lib. 3. de lib. arbit. cap. 18.

Lib. 1. tract. c. 15.

In Psal. 105.

Prop. 10.

Epist. 70.

In Psal. 105.

Con. 3.

Tract. 34. in Ioannem.

Petrus

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Petrus inueniendo quid uellet, ignorans quid posset. Et tractatu nonagesimo sexto: Mori pro Christo nondum erant idonei tunc Apostoli, quibus dicebat, **NON POTESTIS** me sequi modo. Unde primus eorum Petrus, qui hoc iam se posse praesumpserat, aliquid expertus est, quam putabat. Et in sermonibus de diuersis: a Nondum poterat, mori pro Domino, quia infirmus erat. Et in alio sermone: b Secutus est Dominum passurum, sed tunc **NON POTUIT** sequi passurum. Secutus est pedibus, nondum idoneus sequi moribus. Promisit se moriturum pro illo & **NON POTUIT** nec cum illo. Plus enim ausus erat, quam eius capacitas sustinebat, plus promiserat quam **POTERAT**. Quibus omnibus locis & aliis multis passim docet, Petrum eum se pro Christo moriturum polliceretur, propter defectum uirium uoluntatis praestare non potuisse quod promiserat: uoluntas enim eius, hoc est uis, uolendi diuinitus ei data adhuc parua erat, quam oportebat esse maximam, ne mortis oblatæ terrore frangeretur. Itaque causam alibi prodens praesumptuosæ sollicitationis Petri, quod non distingueret inter uelle & posse uoluntatis, inter parua magnamque uoluntatem & charitatem, *Quamuis parua & imperfecta (charitas) non deerat Petro, quando dicebat Domino, animam meam pro te ponam. Putabat enim se posse, quod se uelle sentiebat.*

Hinc ergo fit iterum, ut subinde doceat Augustinus, quarundam cupiditatum tentationes, aliquorum hominum uires superare, ita ut eas superare non possint. Nam hoc est illud quod iam ante ex libro tertio de libero arbitrio produximus, quod nunc uideat homo, quod recte faciendum sit, & uelle, nec posse implere. Et quod amiserit posse cum uelit; quod errat inuitus, & resistente atque torquente dolore carnis uiculi, id est concupiscentiæ, **NON POSSIT**, a libidinosis operibus temperare; quod luit nocensuante impellentis concupiscentiæ facta improbanda, ubi uult homo recte facere, & **NON POTEST**. Quod & Persius Poëtam Ethnicum agnouisse, in libro de Magistro tradit, quando hanc unam anteponebat penam, qua cruciantur homines, qui uita qua uitare **NON POSSUNT**, coguntur agnoscere.

Ex quo fit ut illum Apostoli locum quo dicit, *Fidelis esse Deum, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione prouentum, ut POSSITIS* sustinere, nullo modo tam indifferetè intelligat, ut hoc in omnibus omnino fidelibus obseruetur. Noverat enim hoc non exiguum esse diuinae gratiæ beneficium, quod propter quia gratia est, non promiscuè cuiilibet etiam credentium tribuit, sed tantum orantibus ac de diuino adiutorio, sicut oportet, confidentibus, adeoque serè electis: Tantum pro conditione mortalitatis huius aduersari sinitur, diabolus, quantum eis expedire uouit, de quo sacralittere per os Apostolicum: *Fidelis Deus qui non permittet uos tentari supra id quod potestis, sed faciet &c.* Sed circa eos ista seruantur de quibus Apostolus dicit, *Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, is qui secundum propositum uocati sunt sancti.* Et in libro de cate-

chizandis rudibus: *Humilis esto Deo, ut non te permittat tentari ultra uires tuas.* Et in fine libri: *Opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a Domino, ut non permittat seruos suos tentari plus quam possint sustinere.* Et in libro de sancta Virginitate, *De uiribus uestris expertis cavete, ne quia ferre aliquid potuistis, insensim: de inexperis autem orate, ne supra quam potestis ferre tentemini.* Et in tractatu de urbis excidio: *Plane oremus & gemiscamus ad Dominum ut seruetur erga nos quod Apostolus dicit, Fidelis Deus qui non uos finet tentari supra id quod potestis.* Quibus omnibus locis aperte significat, hoc beneficium non promiscuè quibuslibet tribui, sed humilibus orantibus, satagentibus: frustra enim oratur si omnibus praesto est. Nam reuera sicut non omnibus tribuitur, ut non inducantur in tentationem, ita non omnibus datur, ut non tententur supra id quod possunt. Idem enim utriusque sensus est orationis, iuxta id quod docet Augustinus; illam partem dominicæ precationis exponens: *Aliud est tentari, sine quo nullus probatus est iustus, aliud in tentationem induci, id est, a tentatore induci. Hoc est ergo quod oramus, ut non permittat nos Deus tentari supra id quod POSSUMUS, sed faciat cum temptatione prouentum, ut POSSIMUS* sustinere.

Hæc igitur quoque ratio est, cur multos Deus tentari sinat & cadere. Nempe, ut uirium suarum uoluntatis capiant experientiam, & qui illas ualde magnas esse decepti putant, discant uel statu, uel lapsu, uel imminenti periculo suo, quid facere possint, quid ferre non possint. Sic enim Petrus experientia de Deo, deposuit perniciosam praesumptionem, quam de sua uoluntatis uiribus seu potestate conceperat. Nam illa probatio (Abrahæ) ut inquit Augustinus, ideo facta est, ut nos nosceremus quod Deus iam noverat &c. Et fortassis ipse Abraham nondum noverat, quas uires haberet fides. Vnusquisque enim se tentatione, tanquam interrogatus agnoscit: sicut Petrus, quas uires haberet fides eius, utique nesciebat quando dixit Domino, *Tecum paratus sum usque ad mortem.* Dominus autem qui noverat eum, praedixit ubi deficeret, prænuncians illi infirmitatem eius tanquam talia uena cordis. Proinde Petrus qui ante tentationem praesumpsit de se, in tentatione didicit se. Et in Psalmum quadragesimum tertium: *Ipsè Abraham se non cognouit, quia in ipsa tentatione ipse sibi innotuit.* Plerumque enim homo putat se posse, quod non potest, aut putat se non posse, quod potest. Accedat ad illum interrogatio ex diuina dispensatione, & per interrogationem notus sit sibi, dicitur Deus cognouisse quod illum fecit nosse. Numquid Petrus noverat se, quando dixit medico, *Tecum sum usque ad mortem;* Medicus noverat uenæ spectat quid intus ageretur in agro, agrotus non noverat. Venit accessio tentationis & probavit medicus sententiam suam, perdidit ager praesumptionem suam. Et in Psalmum quinquagesimum quintum: *Omnis tentatio probatio est, & omnis probationis effectus habet fructum suum: quia homo plerumque etiam sibi ipsi ignotus est.* Quid serat, quidve non serat ignorat, & aliquando praesumit se ferre quod **NON POTEST**, & aliquando des-

Lib. de cate-
chiz. rudibus
cap. 25.
Cap. ult.
Lib. de sancta
Virginitate
cap. 52.
Tract. de
urbis exci-
dio c. ult.
Serm. 18 de
Tempora
In Psal. 32.
In Psal. 43.
In Psal. 55



perat se posse ferre, quod potest. Accedit tentatio quasi interrogatio, & invenitur homo à seipso, quia latebat & seipsum, sed artificem non latebat. Proinde Petrus præsumpsit nescio quid, quod in illo nondum erat &c. vires suas Petrus ignorabat &c. Et eleganter admodum in libro de sancta Virginitate docet, virginem ita præferre virginitatem conjugali bono, ut tamen nesciat utrum illa vel illa conjugata iam pati pro Christo possit, adhuc vero ipsa non POSSIT, & in hoc ei parcatur, quia infirmitas eius tentatione non interrogatur. Nonnunquam enim accidit, ut conjugatae possint mortem ferre pro Christo, virgines autem nondum valeant talia, vel pro infirmitate, vel pro ipsa pudicitia sustinere. Unde subiungit saluberrime: Latenti ista in facultatibus & viribus animorum, tentatione panduntur, experientia propalantur. Ut ergo quisque non inflatur ex eo quod videt se posse, humiliter cogitet quod ignorat aliquid præstantius se fortasse non POSSIT, aliquos autem qui illud, quo sibi gloriose notus est, nec habent, nec proficiunt, hoc quod ipse non POTEST, posse. Ecce quoties, quam sollicitè, quam solide, quam instantè sanctissimus Antistes populum, & eruditissimus Doctor Doctores docet, etiam eos qui credunt Deo, & iam iustificati sunt, etiam volentes eonantisque multa Christianæ disciplinæ præcepta implere non posse, & idcirco cælum precibus tundere ut possint.

Quo fit ut juxta castissima principia doctissimi Præfatis, Christianæ gratiæ regulis in hærendo, nimis enormiter, & supra quam dici potest à tramite veritatis exorbitent, qui humanæ Philosophiæ nimium creduli, dicere & scribere non verentur. Quamdiu ratio non perturbatur, liberam potentemque manere voluntatem ad quamlibet tentationem superandam, cum illa sola cogitatione, quam secum tentatio affert necessario. Quo sanè nihil peccat à Pelagianis libertatem potestatemque humanæ voluntatis extollentibus audacius & superbius dictum fuit. Nam quod à Juliano jactatum & ab Augustino acriter confutatum fuit, hominem sufficere ingenio sibi moribus dare leges, non alium sensum habuit, quam quod homo vi liberæ manentis voluntatis posset quemcumque tentationis impetum vincere. Consensum quippe voluntati liberæ extorqueri non posse, nec eam quòquam captivam duci, fixum inter Pelagianos principium tenebatur. Hinc illa eorum in libro secundo de peccatorum meritis & remissione, celebrata cantilena, qua sibi concinnè acutèque dicere videbantur. Quod si nolimus non peccamus, nec præcipere Deus homini quod esset humana impossibile voluntati. Quam diceret, cum peccatū ex libera voluntate nascatur, profectò si solum nolimus, non peccamus, & proinde possumus quamcumque tentationem repugnantem nolendo superare. Eodem enim prorsus modo Scholastici isti arguunt; sed neutri vident, non esse satis velle vel nolle, ut magna quædam præcepta impleantur, tentationesque superentur, sed

A propter libidinem internarum & consuetudinum arctissimarum pertinacem resistentiam opus esse, ut ardentè & fortiter velit: quod non est semper in hominis potestate. Talis enim ardor vel fortitudo voluntatis, non ex sola libertate hominis proficiscitur, aut haberi potest, sed ex delectationis magnitudine, quam animus ex objecto circa quod versatur capit; atque idèd cælitus inspirari debet: Quis enim animo, inquit Augustinus; amplectitur aliquid; quod eum non delectat? Aut quis habet in potestate, ut vel occurrat, quod eum delectare possit, vel delectet eum occurrerit. Cum ergo nos ea delectant, quibus proficimus ad Deum inspiratur hoc & præbetur gratia Dei, non natura nostro & industria aut operum meritū comparatur.

Hoc est igitur, quod Augustinus ad illam quam dixi à Pelagianis jactatam vocem, quod si nolimus non peccamus, breviter veraciterque respondet; quod ad nonnulla superanda, qua vel male cupiuntur vel malè metuentur, magnum aliquando & totis viribus opus est voluntatis. Hanc autem vires ad faciendum quod præcipitur, homo etiam fidelis & iustus, non semper habet integras, sed ex ipsa tentatione divisas. Concupiscentiis enim carnalibus pravisque consuetudinibus vulneratus, earumque moribus distractus, bonum quod vult, non fortiter atque integrè vult, sed ut Augustini voce loquar, semi-sauciatam hæc atque illac versat, jactatque voluntatem, parte assurgente cum alta parte cadente luctantem. Quam luctantem sanare & integras volendi vires sibi reddere libertas voluntatis, vel natura ipsa sauciata non potest; sed hoc ad solam pertinet medicinam gratiæ Dei. Hanc igitur doctrinæ istius veritatem, tanquam indubitatam intuebatur Augustinus in verbis quæ produximus, quod ad quadam superanda magnum aliquando & totis viribus opus est voluntati. Nam istæ magnæ totæque vires voluntatis, sunt effectus magnæ & non passim usitatae gratiæ. Ut enim sit natura voluntatis, ut sit industria studij, illi tribuit, ille largitur. Hanc intuebatur & in illis verbis in Epist. ad Rom. Gratia efficit ut non tantum velimus velle facere, sed etiam possumus. Et in illis quibus inferius dicit, Non sufficere velle nostram, nisi adjuvet Deus. Et aliis verbis, quod cum voluerimus non sufficit voluntas nostra & cursus nosster, nisi Deus vires currentibus præbeat. Hanc & in illis intuebatur in sermone quodam ad populum: Volo ut velle, sed non sufficit ut velle adiuventur ut pleui velle, & impleas quod velle. Hanc & in illis intuebatur, in libro de perfectione justitiæ: Non igitur potest homo esse sine peccato, etiamsi velle, nisi adjuvet gratia Dei per IESUM Christum Dominum nostrum. Et multis interjectis in eodem opere: Non aliam ob causam Scriptura commemorat, non esse gratia divina præcepta, nisi ut anima qua illa gravia sentit, intueatur se nondum accepisse vires, quibus talia sunt præcepta qualia commendantur, levia scilicet atque suavia, & ortu gentis voluntatis, ut impetret donum facultatis, quo videlicet ea facere possit ac sufficiat. Hanc

Lib. de virginit. c. 47.

Vasq. in r. p. Disp. 97. c. 24. & aliq.

Vide lib. 1. cont. Jul. op. imperf.

Lib. 2. de pecc. merit. c. 3.

Lib. 1. q. 2. ad Simpl.

Vide 1. de pecc. merit. c. 3.

Lib. 1. q. 2. ad Simpl.

In Expus. Prop. ex Ep. ad Rom. 1. 18.

Nam 64.

Serm. 3. de verbis Apst. c. 10.

Lib. de poss. iust. c. 7.

lib. c. 13.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

intuebatur & in illis, in libro de Spiritu & littera: Fieret enim perfecta iustitia, id est, opus iustitiae, si tanta voluntas adhiberetur quanta sufficit tanta rei, hoc est, plena & integra. Esset autem tanta, non si homo sua libertate conetur, & extendat se, sed quod si & nihil eorum qua pertinent, ad iustitiam nos lateret, & ea sic delectarent animum, ut quicquid aliud voluptas sive dolor impedit, delectatio illa superaret. Quod ut non fit, non ad impossibilitatem, sed ad iudicium Dei pertinet. Hoc est, non iudicat illud opus iustitiae esse prorsus impossibile, sed opus esse gratia Dei, quae ex iudicio Dei profundo distribuitur, per quam magnitudo tantae voluntatis quanta sufficit, & operis iustitiae possibilitas datur. Hoc enim perspicue docet in sequentibus statim verbis: *Quis enim nesciat, non esse in hominis potestate quid sciat; nec esse consequens, ut quod appetendum cognitumque fuerit, appetatur, nisi tantum DELECTET, quantum diligendum est.* Quasi diceret id quod nos diximus, quod scilicet ille ardor tantae voluntatis ex magna iustitiae delectatione nascatur, quam tribuit nobis, non voluntas libera, sed gratia Dei. Hanc intuebatur & in Confessionum suarum libris, quibus unius voluntatis divisionem & impotentiam mirifice exponit: *Ego cum deliberabam ut iam servitum Domino Deo meo, sicut diu disposueram. Ego etiam qui volebam, ego qui nolebam, ego ego eram. Nec plene volebam, nec plene nolebam. Ideo mecum eundem volebam & dispabam a meipso. Et ipsa dissipatio me invito quidem fiebat nec tamen ostendebat naturam mentis aliena, sed pavam mea. Sed cur voluntatem huius renitentem non illa decantata libertate superabat? Nonne volebat? Nonne satagebat? Nonne conabatur quando dicebat: *Quibus sententiarum verberibus non flagellavi animam meam ut sequeretur CONANTEM post te ire.* Et tamen tanto conatu remittebatur, recusabat & non se excusabat. Cur ergo non voluntas illa prior voluntate murata atque superata est, sicut Scholastici illi & olim Pelagiani fieri posse decernunt? Dicit causam ille qui expertus est conatum lucramque satageantis animae, & videbis eum hanc ipsam quam hic trado intuitum esse veritatem: *Voluntas autem nova, qua mihi esse exerat, ut te gratis colerem, sicutique te vellem, Deus sola certa iudicata, NONDUM ERAT IDONEA ad superandam priorem vetustate roboratam. Hoc est, nondum poterat eam quocumque libere voluntatis conatu superare, eo quod videlicet ipse conatus defectu virium languidus esset, cui caelestem delectationem atque ardorem nondum inspirasset Deus, ideoque similis conatibus expergiscivolentium, qui tamen superari soporis altitudine remerguntur. Hanc intuebatur & in libro de gratia & libero arbitrio, quando istam voluntatis infirmitatem qua fit ut quicquid suis viribus conetur homo, non tamen possit adversantes bonae voluntati suae cupiditates superare, donec gratia Dei majorem vim ardoremque volendi aspiraverit, tam discrete explicat, ac si**

istas quorundam imaginationes de libertate & fortitudine voluntatis, quamdiu ratio videret, ex professo expugnandas suscepisset. *Per hanc gratiam fit, inquit, ut sis homo bonae voluntatis, qui prius fuit voluntatis male. Per hanc etiam fit, ut ipsa bona voluntas, qua iam esse cepit, AU-GEATUR, & TAM MAGNA fiat, ut POSSIT implere divina mandata qua voluerit, CUM VALDE PERFECTEQUE voluerit.* Et adhuc uberius statim post, adversus eos qui ista quasi indomita libertate voluntatis, volendo tantummodo se quolibet repugnantia superare posse putant; *Ad hoc enim valet quod scriptum est, si volueris conservabis mandata, non ut quilibet se posse volendo arbitretur, sed ut homo qui voluerit, & non POTUERIT, nondum se PLENE velle cognoscat.* Et ne aliqua Philosophiae Aristotelicae opinione seductus plenam istam voluntatem conando tantum assequi se posse crederet, *Et orat, inquit, ut habeat tantam voluntatem quanta SUFFICIENTER ad implenda mandata. Sic quippe adjuvatur ut faciat quod iubetur.* Et iterum inculcans illam voluntatis etiam iustae & bonae adversus cupiditates insufficientiam: *Tunc enim utile est velle cum POSSUMUS & tunc utile est POSSERE cum VOLUIMUS. Nam quid prodest si quod non POSSUMUS, volumus, aut si quod POSSUMUS nolumus. Et ne quis in huius doctrinae intelligentia caligaret, & isto iam dicto Recentiorum argumento terretur, adhuc idem planius exequitur: Quare non ei sufficit mandatum Dei & voluntas sua quandoquidem si VOLUERIT conservabit mandata? Et ad singularia quoque mandata contra superbiam luxuriamque delabendo, ad singula subiungit, *velis ergo & faciat mandata, quoniam si VOLUERIT conservabit mandata.* Sed ut ostenderet illum volendi conatum non semper esse plenum atque integrum, neque eum conando, sed tantum coelitus inspirando posse plenum atque integrum fieri, praeclearissime solidissimeque subiecit: *Certum est enim nos mandata servare, si volumus, sed quia preparatur, hoc est datur, voluntas a Domino, ab illo petendam est, ut tantum VOLUMUS quantum SUFFICIENTER, ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum &c. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, praebendo VIRES EFFICACISSIMAS voluntati. Per quas videlicet POSSUMUS & sufficimus renitentes nobis contrariae voluntatis carnalis impetus vincere. Hanc denique veritatem intuebatur in eodem libro quando planissime brevissimeque rem totam in summam contrahendo atque elucidando addit: *Qui ergo vult facere Dei mandatum, & non POTEST, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc PARVAM & INVALIDAM: poterit autem, cum MAGNA habuerit, & ROBUSTAM.* Et istum fontem ex quo Petri lapsus fluxit quasi digito ostendens, *Ipsam charitatem, hoc est, magnam voluntatem bonam qua posset, Apostolus Petrus nondum habuit, quando timore Dominum ter negavit Sec. Et tamen quamvis parva & imperfecta non deerat, quando dicebat Domino, Animam***

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib.

lib.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

lib. de grat. & lib. arb. 9. 15.

Animum meam pro te ponam. PUTABAT ENIM SE POSSE QUOD SE VELLE SENTIEBAT. Non dissimili nempe errore, quam quo Philosophi, laborabat, qui quicquid volendo dumtaxat, seu sola volitione effici sciunt hoc ipso quo se velle sentiunt, etiam se posse arbitrantur, ne videlicet liberæ voluntati fiat injuria. Quasi verò non esset inter velle & posse etiam in ipsa voluntate seu in volitione differentia. Quam sanè libro de gratia & libero arbitrio etiam sanctus Bernardus expressit: Nec aliunde, inquit, nosse se defectus venit, de quo Apostolus, ut non quacumque voluntate illa faciatis. Velle siquidem inest nobis ex libero arbitrio non etiam posse quod volumus; non dico velle bonum aut velle malum, sed tantum velle. Et multò inferius: Neque enim ad liberum arbitrium (quantum in se est) pertinet aut aliquando pertinet, posse vel sapere, sed tantum velle; nec potentem facit creaturam nec sapientem, sed tantum volentem. Non ergo si potens aut sapiens, sed tantum si volens esse desierit, liberum arbitrium amississe putanda erit. Vbi enim non est voluntas, nec libertas. Non dico si velle bonum; sed si velle omnino creaturæ desierit &c.

Hæc igitur omnia plenissime planissimeque demonstrant, nihil esse in sancti Augustini doctrina certius ac fundatius, quàm esse præcepta quædam, quæ hominibus non tantum infidelibus, execratis, obduratis, sed fidelibus quoque & iustis, volentibus, conantibus secundum præsentem quas habeat vires, sunt impossibilia; deesse quoque gratiam, qua fiant possibilia: hoc enim sancti Petri exemplo aliisque multis quotidie manifestum esse, qui tentantur ultra quam possint sustinere: nec illam implendi talia præcepta difficultatem inde proficisci, quod actus implendi debeat esse supernaturalis vel meritorius, vel aliquid simile (quæ Augustino nunquam in mentem venerunt) sed ex eo quod vires voluntatis infirmæ sunt, propter concupiscentiam a volendo bono retrahentem; ejus renisu fit, ut vires voluntatis distrahantur, a que, ita homo non plene velit, non integre velit, non totâ voluntate velit. Talem autem voluntatem non esse idoneam ut superet alteram vetustate roboratam, quia per illam nondum potest homo tantum velle, quantum sufficit ut volendo faciat: poterit autem cum habuerit magnam & robustam. Hanc verò sibi tribuere, non esse potestatis humanæ, sed solius gratiæ Dei; quam propterea assidue ex fide invocamus. *Ut si forte tentari superimus à concupiscentia nostra, adiutorio eius non deseramus, ut in eo POSSIMUS vincere, ne abstrahamur illecti.* Nam postquam semel homo in peccatum præcipitatus est, vitium quoddam volendi suâ voluntate contraxit, ubi amissis viribus, non ea qua vulneratus est, voluntate seu volendi facilitate sanatur. Ad hanc igitur sanitatem voluntatis assequendam, ut quemadmodum subinde necessarium est, ferti erit, plene atque integre velle possumus, repugnantisque libidinis seu contrariæ voluntatis motus vincere, gratiam invocamus,

hoc ipso clarissima voce profiterentes, deesse nobis sufficientem ad illa præcepta faciendam potestatem.

Quantum itaque ex eodem principio confectaneum est, plurimis non dari istam faciendi præcepti possibilitatem quæ precibus implorari solet. Quod ex tribus quoque capitibus indubitatim est. Primo quidem, quia multi fideles non convertuntur ad invocandam gratiam, quæ sola vires illæ voluntatis nasci possunt, atque expectari debent. Plurimi quippe præsumptione pleui se satis fortes esse putant ad præcepta faciendam, si tantum velint; quia superbia occulta implicat non invocant adiutorem Deum. Hinc Augustinus: *Habes & adiutorem qui te expectat pugnantem, sublevat laborantem, sed si invenit sperantem, odit enim superbientem.* Quod multis Augustini testimoniis non esset difficile confirmare, nisi res esset per se perspicua. Hoc itaque proprium sancti Petri malum fuit, quamvis & fidelis esset & bonus, quando non solum jam volebat pro Christo mori, sed etiam de sua fortitudine multa promittebat, pro qua impetranda orare debuisset. Itaque gratia desertus implere non potuit, quod se velle sentiebat. *Quid enim, inquit, homo sine gratia Dei possit, timor vestri Apostoli videtur ostendit. Per solum enim liberum arbitrium non addito etiam Dei auctore promiserat se pro Domino moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus cum negaret Christum? Ut ita videlicet totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia prævalere. Huiusmodi nominum infinitus in Ecclesia, pro dolo, est numerus. Tales autem per frequentes lapsus ad infirmæ voluntatis suæ agnitionem perducuntur; si tamen eis miseretur Deus, ut vel sic confusi ipsaque confusione humiliati in timore ac tremore discant operari salutem suam, & ab ipso solo faciendi vires expectare. Deus enim hoc ipsum eis facit proficere in bonum, quia humiliores volent atque doctores. Quemadmodum latius sanctus Augustinus exiequitur. Simili malo & ipse Propheta licet mitius, laborabat quando dicebat, in abundantia mea non movebor in æternum. Et ut Augustinus, sibi tribuebat quod à Domino habebat. Itaque Deus avertit faciem suam ab eo, & factus est conturbatus. Nempe ostendendum ei fuerat, unde haberet, ut reciperet humilia quod superbus amiserat. De qua desertione Dei, & impotentia aliisque eo spectantibus, cum lex talonatur foris & intus deficit gratia, & nos in superioribus multa diximus. Secundò quia non omnes etiam qui petunt à Deo vires illas magnas præcepta faciendi & cupiditatem superandi, impetrant id quod petunt, prout nimis experientia & ex ipsa oratione Dominica manifestum est. Nam quamvis Apostolus Iacobus dicat, quod Deus dat omnibus affluenter, ut sapientiam ita & potentiam ardoremque voluntatis, illis tamen dat qui postulant in fide nihil habescentes. Vade Augustinus explicans, quibus omnibus*

Bernard. lib. de grat. lib. 4. 7.

Lib. 2. de pecc. meritis. c. 4.

Ibid.

In app. Scrm. 3.

Scrm. 124.

Delectio

lib. de Cris.

cap. 1. q. 5.

lib. de nat.

cap. 1. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

cap. 2. q. 2.

det Deus affluenter sapientiam, Vtique his omnibus, inquit, qui sic petunt, & tantum petunt, quomodo & quantum res tanta petenda est. Non enim quilibet quælibet impetrat oratio, sed fervens, fide immobilis, perseverans. Quæ de re tanquam in Christianæ disciplinæ regulis fundatissima multa dici possunt. Ex quo etiam nascitur, ut etiam illis quibus Deus istam voluntatis fortitudinem tribuere constituit, diu tamen sæpe differat gratiam suam, partim ut eis adjuvantis gratiæ necessitas magis ipsa suberactione commendetur, iuxta illud sancti Doctoris: *Nec in eo ipso vult nos damnabiles esse sed humiles, commendans nobis eandem gratiam suam, ne facilitatem in omnibus affectus, nostrum paternus esse quod eius est: partim ut prober hominem quantis polleat viribus voluntatis, non ut ipse, sed ut homo instruat & innotescat sibi: Bene ergo, inquit, aliquando Deus differat adiutorium suum, ut prober hominem, ut exerceat hominem, ut ipse sibi homo innotescat. Nam Deum nihil laetæ. Itaque subinde subtrahit auxilium suum ut eis propriæ infirmitatis agnitio profundius imprimatur, si nec eis interea indendentem longoque tempore cadere & surgere. Nam de talibus dicit: Voluerunt satari quia cognoverunt se laborare, quod non cognoscunt, nisi datam legem implere non possent. Nimium ut alibi perspicaciter notat, si primum homo cum vellet, posset, & non sentiret adversos se obstantes cupiditates, nec vinculis suis gravata anima consideretur, suis viribus tribueret, quod se posse sentiret, & non confiteretur Domino miserationes eius. Vtriusque verò radicis assignata causa est, quia & orare Deum gratia spiritualis est, ut Ambrosius ait; & ut Augustinus spiritualiter clamemus ad Deum. Ex quo efficitur ut & istam gratiam orandi seu postulandi vires voluntatis Deus cui voluerit & quantum voluerit largiatur. Spiritus enim qui ubi vult spirat, sicuti spiritum gratia ita, & precum effundit ubi vult. Quæ de causa nec orare delectat aut lubet, nisi Deus ut lubeat inspiciat, & quando jam lubet non tunc semper ardore lubet, quanto necessarius est, ut sic petamus ac tantum petamus, quomodo & quantum res tanta petenda est. Non enim exigua quorundam hallucinatio est, qua putant semper adesse homini gratiam ut petat, ac tam ardentem petat, ut infallibiliter impetret id quod petit. Vnde, ut & alibi diximus & sæpius dici necessarium est, non sine causa dixit Augustinus: Nonne aliquando ipsa oratio no-*

Astra sic tepida est, vel potius frigida, & panem nullum, imò omnino interdum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertimus? Quia si vel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud ostenditur nobis nisi quia & petere, & querere, & pulsare ille concedit, qui ut hæc faciamus, iubet? Cum ergo plurimi vel non petant gratiam illam qua possint ac sufficienter præcepta facere, vel non ita petunt ut ad impetrandum necessarium est, nec omnibus gratiam vel ferventer petendi vel omnino petendi Deus largiatur, apertissimum est fidelibus multis deesse illam sufficientem gratiam, & consequenter illam perpetuam, quam quidam prædicant faciendi præcepti potestatem. Itaque sanctus Thomas Augustini vestigia secutus; audeat ac resolutè dicit: Si in potestate hominis esse dicatur aliquid excluso auxilio gratia, sic ad multa tenetur homo ad qua non potest sine gratia præparante, sicut ad diligendum Deum & proximum, & similiter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc potest cum auxilio gratia: quod quidem auxilium quibusdam inque divinitus datur, misericorditer datur, quibus autem non datur, ex iustitia non datur, in penam præcedentis peccati, ut saltem originali peccati, ut Augustinus dicit libro de Correctione & gratia. Cum enim ibi dixisset Augustinus, Angelos & Adamum recentem conditum non fuisse peccaturos cadendo, si gratia ad standum defuisset, de homine iam lapsa adjicit: Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam pena peccati est, quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum. Et sanctus Thomas libro tertio contra Gentes de peccatis illorum quibus per culpam gratia subtrahitur, dicit: Nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur. Sicut ebrius ab homicidio non excusatur quod per ebrietatem committit quam sua culpa incurrit. Ex quibus conficitur non aliter verum esse, quod Deus non jubeat impossibilia, nisi quia quæcumque jubet, hominis voluntate per omnipotentem gratiam Dei adjutâ fieri possunt, juxta illud responsum Augustini, quando eadem quaestione petebatur. His atque huiusmodi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare non possum, nec meritis, & Deum aliquid IMPOSSIBILE homini præcipisse, nec Deo ad optulandum & adiuvandum, quo fiat quod iubet, IMPOSSIBILE aliquid esse. Ex quibus duobus principiis concludit responsum quam dedimus; AC PER HOC POTEST HOMO, SI VELIT, ESSE SINE PECCATO ADIUTUS A DEO.

S. Thom. 2. 2. q. 2. 4. 5. ad 1.

Aug. lib. de cor. & grat. 1. 11.

S. Thom. lib. 3. cont. gent. 1. 160.

Lib. 2. de pecc. meritis. 1. 6.

CAPVT XIV.

Idem nodus, quomodo talibus præceptum sit possibile etiam à Scholasticis solvendus est. Augustinus & Apostolus eo constricti, nunquam aliter solverunt, nisi quia gratia est quæ negatur peccatori & iustitia quæ punitur.

SED hic fortassis pro peccatoribus respondebis, hoc ipsum adiutorium, quo præceptum eis sit possibile, deesse multis ipsamque gratiam orationis denegari, qua faciendi præcepti vires, quibus carent, postulentur à Deo. Ergo manet eis præceptum impossibile, & consequenter non peccant in eo non faciendo, quod facere, & in eo faciendo, quod vitare non possunt. Virumvis enim eis redditur impossibile.

Respondeo nodus iste ab ipsis quoque Scholasticis solvendus, aut alius manifestus error arripiendus est. Quæro enim, quid de illis dicturi sunt, qui, cum eorum voluntas ita infirma sit, ut non possint tentationes superare, propter quas superandas eis Dei gratia imploranda est, negligunt tamen, aut nolunt, aut etiam contemnunt invocare adiutorem Deum, vel tam languidè invocant, ut eorum exaudiri non mereatur oratio? Si dic-
cas habent semper præsto sufficientem gratiam qua possint; sexcentis Augustini locis totique molis doctrinæ ipsius, adeoque & ipsi Ecclesiæ, quæ docet ac monet eos petere quod non possunt, repugnabis. Si enim iam gratiam qua possint habent, stultum est petere quasi non haberent, ut etiam sæpè ex Augustino diximus. Si dicas non habent, quomodo igitur peccant, id faciendo quod vitare non possunt? Cogaris igitur confiteri, omnia talium hominum peccata, qui pro viribus impetrandis, orare non volunt aut non valent, aut ipsam etiam contemnunt gratiam, non nisi in causa esse peccata, eo quod vires, sine quibus ea vitare non poterant, impetrate neglexerint. Nam hoc est perpetuum recentiorum argumentum, quod si obduratis aut alijs propter peccata desit gratia sufficiens sine qua ea vitare non possunt, peccata ipsorum non fore propriè peccata, sed in causa tantum, in qua vires cavendi perdididerunt. Quis igitur dixerit peccata fidelium & infirmorum, qualis Petrus fuit, pro viribus non orantium gratiarumque contemnuntium, non nisi in causa peccata esse, cum istum errorem universa Augustini doctrina & ipse Ecclesiæ Christianæ sensus exhorreat? Ex quo ostenditur fieri subinde posse, ut aliquis gratia careat, sine qua præceptum implere non possit, negligentia aut superbia præsumptuosæ voluntatis poenam istam promerente, & tamen peccatum non solum in causa, hoc est, in neglectu contemptuque

gratiæ, sed etiam peccatum propriè dictum & veri nominis perpetret.

Itaque juxta doctissimi Præsulis sincerissimam planissimamque doctrinam incedendo, qui sæpenumero istà objectione pulsatus fuit, longè latius dico tritis vestigijs Augustinæ & Apostolicæ solutionis inhaerere, quam novas investigando semitas evadendi præceptum incurrere. Dico itaque id quod Augustinus de similibus adiutorio sufficienti deititotis crebro dixit, non esse iniquitatem apud Deum, qui gratiam negat; culpam enim peccantium ita meruisse, ut æquissimè istà severitate puniatur. Cui solutio ista displicet, alium querat exitum, sed caveat præceptum. Nam in illo ipso loco ubi constituit, præcepta Dei esse possibilea per voluntatem hominis adjunctam gratia Dei etiam hoc adjuagit: *Cur autem illum adjuvet, illum tantum, illum autem non tantum; istum illo, illum isto modo. penes ipsum est, & æquitatis tan secretæ ratio, & excellentiæ potestatis.* Nempe ad istud principium respiciebat, quod immobile semper tenuit, posteaque pronuntiavit in libro de correptione & gratia, ubi de sufficienti adiutorio, sine quo manere non possunt homines, loquebatur, *Nunc autem, post lapsum hominis, quibus desit tale adiutorium, iam penes peccatæ est.* Simul videlicet, & nonnullis deesse, & causam quare desit, & hoc ipsum sufficere ad excusandum Deum, & hominem in peccatis arguendum, brevissimo sermone definiens. Quam definitionem suam tanquam sanam & planam, in omnibus suis operibus perpetuò secutus est. Nam in Epistola ad Sixtum, cum eos argueret qui vel sciendo vel ignorando peccarent, siue audivissent legem siue non audivissent, non ita excusat, quia gratiam sufficientem habent sciendi atque faciendi, sed quia cum esset homo conditus rectus, propriâ libertate & iniquitate mutatus est, peccatūque suum cum peccatis ignorantia & infirmitatis in posteros propagavit. Et quamvis, inquit, seipsi excusare videantur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum, eiq; obedientia dedisse præceptum, nec nisi eius quo male usus est, libero voluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros mansisse peccatum. Et libro de correptione & gratia, cum se excusatos esse causarentur, quia gratiam non accepissent à Deo: *Qui hæc dicunt, inquit, extra culpam se videri volunt, in hoc quod non obediunt Deo &c. nec*

Trid. sess. 6. sup. citata.

IL LUM Lib. 1. d. NON ADIUVET, illum autem non tantum; istum illo, illum isto modo. 107. 5.

penes ipsum est, & æQUITATIS tan secretæ ratio, & excellentiæ potestatis. Nempe ad istud principium respiciebat, quod immobile semper tenuit, posteaque pronuntiavit in libro de correptione & gratia, ubi de sufficienti adiutorio, sine quo manere non possunt homines, loquebatur, *Nunc autem, post lapsum hominis, quibus desit tale adiutorium, iam penes peccatæ est.* Simul videlicet, & nonnullis deesse, & causam quare desit, & hoc ipsum sufficere ad excusandum Deum, & hominem in peccatis arguendum, brevissimo sermone definiens. Quam definitionem suam tanquam sanam & planam, in omnibus suis operibus perpetuò secutus est. Nam in Epistola ad Sixtum, cum eos argueret qui vel sciendo vel ignorando peccarent, siue audivissent legem siue non audivissent, non ita excusat, quia gratiam sufficientem habent sciendi atque faciendi, sed quia cum esset homo conditus rectus, propriâ libertate & iniquitate mutatus est, peccatūque suum cum peccatis ignorantia & infirmitatis in posteros propagavit. Et quamvis, inquit, seipsi excusare videantur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum, eiq; obedientia dedisse præceptum, nec nisi eius quo male usus est, libero voluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros mansisse peccatum. Et libro de correptione & gratia, cum se excusatos esse causarentur, quia gratiam non accepissent à Deo: *Qui hæc dicunt, inquit, extra culpam se videri volunt, in hoc quod non obediunt Deo &c. nec*

Epist. 107.

Lib. de om. & grat. 6.

atten-

arcedunt, si nondum regenerati sunt, primam esse
 causam eorum oburgari quod sint inobedientes Deo,
 sibi debet displicere, quia fecit Deus hominem re-
 ctum ab initio creaturam. & non est iniquitas apud
 Deum: ac per hoc prima pravitas qua Deo non obe-
 ditur: ab homine est, quia ex rectitudine, in qua
 enim Deus primitus fecit, sua mala voluntate deci-
 dens, pravis effectus est. Et in libro de Per-
 fectione iustitiae cum propter peccandi necessi-
 tatem se excusatos a peccatis esse crederent,
 non gratiam sufficientem praesto esse respon-
 det, sed ideo esse culpam hominis, quod non est
 sine peccato, quia sola hominis voluntate factum est,
 ut ad istam necessitatem veniret, quam sola homi-
 nis voluntate superare non possit. Et in quastio-
 nibus super Matthaeum, execratos ideo excusa-
 tos praeficitur, quia voluntas iam in excrati-
 vi loro non possint, quia impotentiam illam
 execrationis sua culpa meruerunt. Nam
 quasi recentiore aliquem id ipsum quod nunc
 obijcit, obiecturum vidisset: Quod si ita
 est, inquit, quod videlicet credere non po-
 terant, quis non exurgat in defensionem Iudaeo-
 rum. & eos EXTRA CULPAM fuisse pro-
 clamet, quod non creditur. Propterea enim non
 poterant credere, quia excocaverit oculos eorum. Sed
 a diabolica solutionem, non per gratiam suffi-
 cientem apparatus, qui a posteris excogita-
 tus est, sed per culpam hominum ac iustitiam
 Dei. Sed quomodo potius Deus extra culpam debet
 intelligi, cogitur facere alijs quibusdam peccatis
 ita eos excocari meruisse, quia tamen excocatione
 non praecedunt credere. Et in libro contra Fau-
 stum, de eadem excocatione crederetque
 impotentia: Quod si diceret, quid ergo peccaver-
 unt Iudaei si Deus illos excocavit, ne agnoscerent
 Christum? Audi non gratiam sufficientem ad
 Christum agnosendum, vitandumque pec-
 catum, sed culpam hominis & iudicium pun-
 dentis Dei: Quamvis possent inveniendae, rudi
 homini responderent, ex his occidit peccati Deo
 eorum, veniret non penam huius creaturis. Ita-
 que latius hinc probat, non excusatos fuisse
 Iudaeos, quia non cognoverunt Christum, quia
 videlicet occidit eorum, meriti sunt, quod non co-
 gnoscere. Ex qua Sancti Augustini doctri-
 na toties iterata perspicuum est, ut ipse probet
 peccatores Dei mandata praeterentes, esse
 culpa teos, si illa facere possint, si ve ex-
 ceccatione vel obduratione non possint, ni-
 hil omnino gratiam sufficientem esse curae,
 nec unquam vel verbo illam tangere, sed
 hoc unicum dumtaxat veluti peremptorium
 profertur, quia homo in ista impotentiam
 sua voluntate lapsus est, quam iusto iudicio
 suo & gratiae desertione & excocatione &
 obduratione persequitur Deus.
 Quod ut aperitissime consilare possit, illam
 ipsam objectionem, qua nobis facta est, quod
 homines a peccato excusati erunt, si vel ob-
 durat one vel excocatione, vel alia quaqua-
 ratione careant viribus, quibus Dei prae-
 cepta custodiant, ex Apostolo & Augustino
 in medium proferamus, videamusque quid
 homines culpabiles demonstrando respondeant,
 vult rog

A Ecce Apostolus in Epistola sua ad Romanos Rem. 9.
 docet, quod Deus, cuius vult miseretur, & quem
 vult indurat. Cui doctrina cum statim vali-
 distime opponi posse videret, excusatos esse
 homines qui non obtemperant mandatis Dei,
 quia obdurati a Deo & excocati, mandatis
 eius obtemperare non possunt, mox ipse sibi
 obijcit: Deus itaque mihi quid adhuc queritur? Vo-
 luntati enim eius quis resistit? Hoc est, quid con-
 queritur Deus de hominibus, quod peccando
 male vivant, cum voluntati eius obduranti
 quem voluerit nemo resistere possit? Ad quam
 quastionem facillime respondent recentiores,
 recte meritoque de peccantibus conqueri Deum,
 quia quamvis obdurati & excocati sint, suffi-
 cientem tamen habent gratiam, qua peccata
 devitent. Quis istam tam obviam, tam planam,
 tam peremptoriam responsonem detulit? Apo-
 stolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit,
 quando sibi velut adversantibus objecta qua-
 stione, non id potius tam breve, tam apertum,
 tamque ut ipsi putant, certum absolutumque, re-
 spondit. Cum enim rem terribilem docuisset,
 quod Deus, cuius vult miseretur, & quem
 vult induret, & hoc ipsum exemplo indurat, si-
 mili Pharaonis illustraret, in quo Deus offen-
 derat virtutem suam, ut annuntiaretur nobis
 suum in universa terra, ipse sibi objecta qua-
 stione motum exprimens auditoris. Deus itaque
 mihi, inquit, quid adhuc queritur? Voluntati enim
 eius quis resistit? Hic profecto locus erat, ut di-
 ceret quod ipsi lentissime divinxerunt, quoniam
 iustitiam liquidissime patefaceret, quod quam-
 vis obdurati sint, sufficientem tamen eis gra-
 tiam largiatur. Sed multum abest ut hoc Apo-
 stolus diceret. Tantum enim responderet, id
 quod Augustinum iam saepe respondisse dixi-
 mus: O homo tu quis es, qui respondeat Deo? *Epist. 104.*
 Numquid dicit signum et quis se iuxit, quid me
 fecerit sic? An non habet potestatem signis fieri, et
 eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud
 vero in contumeliam? Nam hoc dicendo, nihil
 aliud profecto dixit, quam idcirco recte de
 peccatoribus conqueri Deum, quia de homini-
 bus ex eadem massa merito iustaque damnata
 fabricatis, facere potest quod voluerit, si ve
 illis gratiam bene vivendi tribuat miserendo,
 si ve lubricat obdurando. Quo namque modo
 Apoll. vel alius quisquam sanae mentis tali ob-
 jectioni respondere posset, quod gratiam suffi-
 cientem habeant obdurati ad cavenda peccata,
 de quibus conqueritur Deus, cum hac tali re-
 sponsonem, doctrinam a se tractam, adversus
 quam obiectio formabatur, a peritissime iugul-
 lare, & argumentum adversarij invictum esse
 fateretur? Nam illa verba, Cuius vult miseretur,
 & quem vult indurat, propter quae difficultas mo-
 vebatur, non aliu sensum habent, quam, cui vult
 gratiam miserendo tribuit & cui vult gratiam
 non miserendo non tribuit. Non enim, inquit,
 obdurat Deus impetendo malum, sed non impariendo
 misericordiam. Vel ut alibi dicit, Obdurare dicitur
 peccante, quia non eorum miseretur, non quia impellit
 ut peccent. Quo modo igitur Apoll. objectioni
 hominu de ista Dei obduratione conquerentiu
 respon-

Epist. 104.

sih. r. o

ad Simpi.

respondere posset, quod adhuc gratiam Dei habeant, cum eos obduratos esse docendo, nihil aliud docuisset, quam gratiam qua bene viverent eis iusto iudicio esse subtractam? Itaque Augustinus istum Apostoli locum, *Quid adhuc conqueritur*, quo se excusant peccatores, tractaturus, ita loquitur in Epistola ad Sixtum: *Sed excusabunt se*, inquit, *homines qui nolunt recte & fideliter vivere dicentes; Quid nos fecimus, qui male vivimus, quandoquidem gratiam unde bene viveremus non accepimus? Et hunc ipsum esse tantum ipsilimum istius objectionis, quam Apostolus sibi fecerat statim adiecit: Postremo quoniam se ipsi excusabunt modo? Nempe illo, quem breviter tanquam ex eorum voce sibi obiecit Apostolus, ut dicitur; QUID ADHUC CONQUERITUR? Nam voluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere: Quid de nobis sit querela, quod Deum offendamus male vivendo, cum illius voluntati nemo posset resistere, qui nos obduravit, MISERICORDIAM, id est gratiam, id est ante dixerat, NON PRÆSTANDO. Et eundem sensum verborum istorum reddit, in Enchiridio ad Laurentium.*

Quapropter quandocumque Augustinus istius querimoniam qua de male viventibus conqueritur Deus, aequitatem nititur asserere, & excusationem istam delinquentum retundere, quod frequenter facit, nunquam illi in mentem venit, ut illo tam expedito & facili, & peremptorio S. holarum recentioris remedio, hoc est, gratia sufficiente cunctas querelas eorum suffocaret, sed semper ad duas gratia negata causas recurrit, videlicet ad illam ipsam gratiam Dei, quae quia gratis omnino datur, sine iniquitate subtrahitur; & ad culpam eorum sive originalem, sive propriam, qua iustissimam adversum se Dei aelerentis obdurantisque severitatem, hoc est, subtractionem gratuita gratiae, qua bene viverent, provocarunt. Nam in eadem Epistola, cum eorum ista verba protulisset: *Quid adhuc conqueritur Deus?* Ita subiicit: Talibus itaque dicamus cum Apostolo, non enim melius illo invenire possumus quid dicamus; O homo tu quis es qui respondeas Deo? *Quem nunc namque meritum obdurantis & invenimus. Merito namque peccati universa massa damnata est; nec obdurat Deus impetiendo malitiam, sed non impetiendo misericordiam, hoc est, gratiam, misericordiam effectum. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius ut non impertatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Quamvis autem meritum misericordiae, nec invenimus, quia nullum est, NE GRATIA EVANGELIUM, si non gratis donatur, sed merito redditur. Et rursum inferius in eadem Epistola, cum peccatores conqueri dixisset, quod gratiam unde bene viverent, non accepissent, eandem iterat responsum quam prius dederat: Non possunt veraciter dicere nihil mali se facere, quia male vivunt, nempe quamvis obdurati sint. Si enim nihil mali faciunt, bene vivunt: si autem male vivunt, de suo male vivunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod insuper addiderunt. Sed si vasa sunt in se sibi hoc impudent, quia ex ea massa facti sunt,*

Epist. 105.

In Enchir.
cap. 99.

Epist. 105.

Ibid.

quam propter unius peccatum merito Deus iustaque damnavit. Si autem vasa sunt misericordia ipsi glorificent, qui cum MISERICORDIAM NON DEBITAM, hoc est, gratuitam gratiam praestitit. Et paulo inferius tertio repetita excusationi, tertio eandem responsum reponebat: Si ergo illos non pudet hac excusatione non nolui, sed Apostolo contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus, hoc idem atque identidem dicere: O homo tu quis es qui respondeas Deo? &c. An non habet potestatem sigillus latr ex eadem massa, utique merito recteque damnata, facere aliud vas in honorem indebitum propter MISERICORDIAE GRATIAM, aliud in contumeliam propter IRAE SUPPLICIUM? Et nonnullis interiectis eidem excusationi peccantium quarto iterata, quarto idem divinae gratiae iustitiaeque scutum objicit: Ac per hoc universi qui se in nequitia & iniquitatibus excusatos volunt, ideo iustissime puniuntur, quoniam qui liberantur non nisi GRATIA LIBERANTUR. Nam si excusatio illa iusta esset, non inde gratia, sed iustitia liberaret. Cum vero non liberet nisi GRATIA, nihil iustum invenit in eo quem liberat non voluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem. Nam si haec iusta est qui quis ea utatur merito non gratuita liberatur. Novimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt, *Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Quae si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia, sed propter lumen excusationis iustitiam liberantur. Si autem GRATIA EST, QUALIBERANTUR, PERFECTO HAC EXCUSATIO IUSTA NON EST. Et in Enchiridio ad Laurentium ejusdem excusationis iniustitiam adhuc luculentius ex ipse causis interimit: Hoc autem quae modo audistis ut dicat, *Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Tanquam propterea natus non videatur esse culpans, quia Deus cuius vult miseretur, hoc est, gratiam tribuit, & quem vult obdurat: absque ut pudeat nos hoc respondere, quod respondisse videmus Apostolum; O homo tu quis es qui respondeas Deo? &c. Si enim non capit vac, qui est qui respondeat Deo? Si autem capit magis non invenit, quid respondeat. Videt enim si caput, universum genus humanum tam iniusto iudicio divino in Apostolica radice damnatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei visuperare iniustitiam nimirum quia ut addit statim, indebita misericordia, hoc est, gratuita gratia liberantur.**

Ex quibus profecto vides quam procul a sancti illius Doctoris cogitationibus recedat recentior quidam Scriptor, quando fidenter copiam sanctorum doctrinam vocat, qui Pelagio interroganti, quomodo sumus liberi ad opera supernaturalia praestanda, si ad illa est gratia Dei necessaria & nobis non datur, vel quomodo nobis impertitur horum operum omnisio; respondens, quia in potestate nostra est habere hanc gratiam, quam Deus nemini denegat. Nihil enim capitalius Augustino adversatur, nihil directius ab ipso destruitur, quam quod Deus nemini post lapsum gratia denegatur, vel in hominis lapsu, de quo sermo est, potestate sit habere hanc gratiam, quam à Dei solius potestate

Ibid.

Ibid.

In Enchir.
cap. 99.

potestate & voluntate tanquam veram gratiam pendere iustoque propterea iudicio denegari multis instantissime docet.

Hanc igitur salutationem Apostoli & S. August. adversus omnium querimonias murmurantium qui de defectu gratia vel de ignorantia, vel de bene vivendi impotentia conqueruntur; tam crebro repetitam, quam meliorem ab hominibus dari posse negat, quisquis diligenter, intelligenterque ponderaverit, videbit profecto esse absurdissimam, si vera est, illa recentiorum doctrina, quam de gratia sufficiente tradunt. Tradunt enim non solum omnibus eam dari, sed ita esse necessariam, ut nisi detur, peccatores excusati sint, imo peccata delinquentium non possint peccata deponari. Nemo enim peccat, inquit, in eo quod vitare non potest. Quid ergo si hæc ita sint, insulsius & ineptius quam hominibus peccata sua contra Dei querelas excusantibus, quod ab ipso excusati atque obdurati, & a gratia deserti sunt, per quæ supplicia, fatente docentur hoc Aug. tam impotentes ad bene vivendum facti sunt; ut ne quidem videre possint, quod eligendum est bonum, voluntatemque habeant durissimam, & adversus Deum omnino inflexibilem. talibus, inquam, excusationibus nihil aliud Dei conquerentis patrocinio proferre, quam GRATIAM esse quæ subtrahitur, iustamque peccatorum poenam quæ infligitur? Nam esto gratia sit, sine qua præceptum implere non possunt, an ideo tenentur ad impossibile? Esto iusta poena sit, an ideo id peccatum erit quod vitari nequit? Imo verò quid ex parte peccantium insanius quam excusationem adversus Deum de peccatis hominum conquerentem ex subtracta sibi gratia prætexere, sicut recentiores volunt, gratiam ad peccata vitanda sufficientem habent? Nonne ex utroque capite responsum oportebat; stultè de supplicij istis murmuratis adversus Deum, relinquit enim sufficientem vobis gratiam qua eius præcepta faciatis & peccata caveatis, ideoque iustè de vobis malè viventibus con-

queritur Deus? Solutione igitur istam quando Scholastici verissimam esse planissimamque putant, quid aliud tacitè indicant, quam Apostolum & Augustinum adversus querelas peccantium exclamando, O homo tu quis es qui respondeas Deo? &c. in responsione defecisse, sicut & olim primi gratiae sufficientis architecti dicere ausi sunt? Hoc enim loco, inquit Augustinus, quidam stulti putant Apostolum in responsione defecisse. & inopia reddenda rationis represisse contradictoris audaciam. Deficit enim profectò & Apostolus & Augustinus, si Deo de peccatis hominum conquerente, & homine identidem responsante, Deum abstulisse sibi gratiam, sine qua peccata vitare non potuit. clamat solummodo, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Voluntati enim eius quis resistit? Respondet enim: non ego quidem resisto voluntati eius, quia me supplicij desertionis, execrationis, & obdurationis persequatur; sed non idcirco de me rectè & iustè tanquam peccante queritur, qui gratia ipsius delictus, præceptum implere & peccatum vitare non potuit, ideoque nec peccare. Quapropter si gratia sufficiens ita necessaria est, ut quemadmodum Scholastici tradunt, sine illa ne quidem peccent qui peccare dicuntur, planissimè defecerunt in respondendo & Apostolus & Augustinus, siue gratia illa ad sit peccantibus siue desit. Si enim adest, impudentia querelarum exprobranda erat murmurantibus, & non quasi vera dicerent admittenda: sin autem desit, causa Dei deferenda est. Frustra enim clamatur, O homo tu quis es? Sum enim homo, inquiet, qui vides insulam de me iactari querimoniam, quasi peccarem, qui ablata mihi gratia, vitandique peccati potestate, peccare non possim. Quod si igitur excusatio ista malè viventium de subtracta sibi gratia est impia & injuriosa Deo, profectò non est gratia sufficiens ad malè vivendum necessaria; eaque etiam penitus sublata Dei querimonia de peccantibus est iustissima; responsioque Apostoli & August. rectissima, verissima, plenissima.

In Eusebio ad Laurent. cap. 99.

CAPVT XV.

Multis modis præcepta dicuntur possibile etiam sine gratia sufficiente. Quænam impossibilitas excuset peccantem, & quæ non: ex quibus solvuntur duo argumenta cap. 13. proposita.

V T igitur sufficientia solutionis istius, quam Apostolus & Augustinus toties dedit, & possibilitas præceptorum Dei, unde pendet & libertas arbitrij, & ratio peccati plenius intelligatur, memorià repetenda sunt ea quæ in alio libro fusè diximus. Quibus ut hic etiam nonnulla addamus, observandum est in primis, in rebus ad vitam bonam seu pietatem spectantibus, multipliciter hominem dici posse aliquid. Primo remotissimè, per solam liberi arbitrij flexibilem facultatem ad bonum & malum. Hæc potestas in natura nuda liberi arbitrij consti-

tuta est, quamdiu nondum ad malè faciendum per supplicium æternæ damnationis obduruit. Sic ergo soli demones ac damnati dicuntur non amplius posse credere, diligere, benefacere, juxta illud Augustini: Quod (arbitrium) neque ipse diabolus habet liberum ad bene faciendum, sed ad maximam malevolentiam pæna susceletis obduratum. Unde nemo sana fidei credit aut dicit hos Apostolus Angelos ad pristinam pietatem correcti à aliquando voluntate converti. Et libro undecimo de genesi ad litteram: Factumque est in illo pondere meritorum ut nec iustitia possit lumine delectari. Et è contrario omnes homines dicuntur posse

Epist. 107.

Lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 23.

credere, posse diligere Deum &c. Hæc enim
 actas non est aliud nisi fidei, dilectionis, bo-
 naque vitæ flexibilis capacitas, per quam
 possunt credere seu suscipere fidem, charita-
 tem, & vitam bonam. Hoc posse tangit Au-
 gustinus ubi dicit: *Ut enim sit natura fidei posse
 habere, nunquid & habere? Non enim omnium est
 fides, cum fidei posse habere sit omnium. Et ite-
 rum: Proinde posse habere fidem sicut posse ha-
 bere charitatem, natura est hominum: habere autem
 fidem, quemadmodum habere charitatem gratia est Fi-
 delium. Illa itaque natura in qua nobis data est POSSI-
 BILITAS habendi fidem, non discernit ab homine ho-
 minem. Vbi posse habere fidem & charitatem,
 nihil omnino aliud est, quam posse credere ac
 diligere Deum, qua phrasi etiam dixit in libro
 de gratia Christi: *sed plane illa possibilitas (libe-
 ri arbitrii ad utramque partem) utriusque radi-
 cis est capax; quia non solum potest homo habere cha-
 ritatem, qua sit arbor bona, sed potest etiam cupidita-
 tem, qua sit arbor mala. Hoc sensu sæpe docet
 Augustinus a Fidem, hoc est credere, & rectè fa-
 cere, & rectè vivere, a peccatum cavere, & voluntatem
 in melius mutare, & huiusmodi esse in hominis po-
 testate, quod est hominem posse ista facere, quia
 videlicet libero voluntatis arbitrio istos & si-
 miles peccatis actus facere potest. Quod ne
 quis necessitati divinæ gratiæ repugnare cre-
 deret, plerumque præcautionis loco adijcere
 solet, quod ista potestas sine gratia Dei efficere
 nihil potest. Aliquando etiam adijcit, homi-
 nes ista posse si velint, sed præparatur voluntas à Do-
 mino, hoc est, illud velle per gratiā ei dandum.
 Ita ut ista locutiones eo redeant, quod voluntas
 sit, qua & peccatur, & rectè vivitur, quod, inquit,
 his verbis egimus. Nempe quia voluntas seu vo-
 luntatis arbitrium est remota quædam possibi-
 litas, per quam homo potest, ut peccare, ita &
 rectè vivere, quamvis sine gratia in istum
 actum exire non possit.**

*Lib. de præ-
 dest. San. 107.
 cap. 3.*

*Lib. de gra-
 tia Christi. 20*

*a Lib. de spi-
 ritu & lit-
 cap. 31.
 b Lib. 1. Re-
 tract. c. 26.
 c Lib. 2. de
 lib. arb. c. 1.
 d Lib. 3. c. 18.
 e Lib. 1. Re-
 tract. c. 22.*

*Lib. 1. Re-
 tract. c. 10.*

Epist. 107.

In Ps. 120.

quæ in infusâ charitate bona POSSIT OPERARI. Et
 infra, *Quo bona POSSIT per dilectionem operari. Et
 iterum: Illius est dare credentibus & volentibus FA-
 CULTATEM bene operandi per Spiritum S. per quem
 charitas Dei diffunditur. Et in omnibus operibus
 Aug. nihil familiarius, quam per charitatem
 dari POTESTATEM bene operandi, concupis-
 centijs resistendi, tentationesq; superandi: quia
 ut dicere solet, incipit homo amore iam posse
 quod timore non poterat. Vbi liberatâ circumspe-
 ctione dicit, incipit amore iam posse; quia vo-
 luntas illa bona, quæ per charitatem datur,
 initio infirma est, & multa Dei magna præcep-
 ta implere non potest, nisi paulatim usque adeo
 munere ardentioris charitatis augetur, ut
 possit. Vnde sunt illa quæ supra ex Aug. addu-
 ximus: *Qui ergo vult facere Dei mandatum & non
 potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed
 adhuc parvam & invalidam. Poterit autem cum mag-
 nam habuerit & robustam. Quando enim Martyres
 magna illa mandata fecerunt MAGNITUDE VO-
 LUNTATE, hoc est magna charitate fecerunt. Et
 Epist. 143. Sed utique tantæ voluntatis vires, tan-
 tum dilectionis ardorem volebat accipere Spiritu sa-
 pientie qui SUFFICERET ad implendam magnitudi-
 nem continentia. Et in lib. Retract. Verum est enim
 omnino omnes homines hoc posse si velint, sed præpa-
 ratæ voluntas à Domino & tantum augetur munere
 charitatis ut POSSINT. Veritas ista in Aug. scri-
 ptis exploratissima est, quam probant innume-
 ra penè testimonia, quorum non pauca paulò
 ante produximus. Voluntas enim bona initio
 infirma est, paulatimq; gratia Dei abundan-
 tius effusa instar arboris crescit, donec eo usq;
 virium adolescat, ut cuncta invitantia, cuncta
 minantia, cuncta cruciantia superentur. Et ista
 quidem quæ de posse diximus, quod per fidem
 & charitatem datur, de donis istis habituali-
 bus potissimum intelligenda sunt. Nam per illa
 dicuntur iusti orare, diligere, bene vivere, ten-
 tationesq; superare posse, etiam quando nihil
 istorum agunt, imo dormiunt. Sunt enim vir-
 tutes habitualiter in animo permanentes, quæ
 hoc ipso robustum animum efficiunt (unde &
 virtutes dicte sunt) ad opera quædam peragen-
 da, quamvis si adhuc imperfectæ sint, ad ope-
 ra sublimioris ordinis non sufficiant, quemad-
 modum jam jam de charitate diximus. Est
 enim in Aug. principijs paradoxum, id quod
 ex nonnullis quandoque audisse memini, quod
 charitas quamvis minima sufficiat ad quam-
 cumque tentationem superandam, vel qua-
 cumque præcepta sine transgressione servanda.
 Quid enim est charitas, nisi, ut Aug. loquitur,
 bona voluntas? Quid autè absurdius quam vo-
 luntatem quamlibet bonâ ad omnes cupidita-
 tes devincendas satis robustam esse? Hoc enim
 non solum omnibus istis Aug. testimonijs re-
 fragatur, quæ supra allegavimus, ubi lexcentis
 docuit, multos etiam volentes bene vive-
 re, mandata tamen quædam implere non posse:
 sed etiam omnes iustorū orationes extinguit,
 quibus vires sibi adversus tentationes dari,
 charitatemq; augeri petunt. Ut quid enim pe-
 tunt, si jam sibi in prima justificatione datas
 vires**

*In Expositi-
 onibus FA-
 cultatem Epi-
 stola ad Ro-
 num. 60.
 Ibid. 61.*

*Serm. 20. de
 divers. 68.*

*Lib. de gen-
 & lib. 20.
 cap. 12.*

Epist. 143.

*Lib. 1. Ro-
 tract. c. 10.*

Vide. 47.

*ANNO
 1611*

vires accipere? Falluntur in eo, quod quia charitate qualibet super omnia Deū diligere sciunt, ideoque hoc ipso etiam putant omnia eade charitate posse superari. Quasi verò non super omnia Deus ab infirmis ante tentationē diligatur, qui ingruente ingenti tentatione vires eorum superante vincuntur, quam tamen fortiori charitate, hoc est, voluntate præditus non magno labore superat, imò magnā facilitate cōtemnit. Nam hinc est quod huiusmodi peccatorum occasiones tentationesque fugere iubentur, quibus perferendis vel ipsi, vel illi qui curam conscientiarum illorum gerunt, vident vires ipsorum non esse pares. Tentationis enim superandæ duplex modus est, fugiendo, & obviando. Ille infirmis, hic perfectis convenit; non alia sane causa, nisi quia dispares sunt vires incipientis, adultæque voluntatis seu charitatis. Quamquam & ipsi qui iam in fastigio virtutum collocati sunt, quasdam violentissimas tentationes suspectas habere debent, nisi illas crebra victoriarum experientia exploraverint. Tantum interest, quanto robore quisque præditus sit habitualis charitatis, hoc est, bonæ voluntatis.

Quarò itaque, completissimè dicimur posse, quando sancti Spiritus inspiratione sic voluntas præparatur, ut non nudè possit sed etiam velit. Tali gratiâ non solum posse, sed etiam ipsum agere adjuvatur. Dat enim non solum posse, si velis, sed & velle quod potes. Hoc posse nunquam habetur, nisi quando re ipsa quoque agitur; & est proprius effectus non fidei aut charitatis seu bonæ voluntatis habitualis, sed illius gratiæ actualis quam Christus attulit hominibus infirmis per crucem suam. Nam quantacumque fide, & charitate, seu habituali voluntate præditus aliquis fuerit, etiam robustissimâ; nisi tentatione quamvis levi oboriente tali Spiritus inspiratione muniatur, sine dubitatione succumbet. Nam inde proficitur quod etiam illi qui ad fortissimam charitatis apicem enixi sunt, per quam præcepta quæque maxima gravissimaque implere habitualiter possunt, actuali ista gratiâ sese paulisper abscondente, seu ut Plalmus loquitur, Deo faciem avertente, conturbentur, ut sese in singulis astibus aliunde, quam suâ robustâ voluntate sanctificari sciunt, & ad illum assidue respiciant, qui in voluntate sua præstat decori eorum virtutem. Inde illa quotidiana iustissimorum peccata, inde lapsus etiam subinde graviores, si eis subinde ex robuste suæ voluntatis sensu, qua sibi omnia videntur posse, motus aliquis fortasse vanitatis obrepserit.

Hæc igitur actualis gratia completū posse tribuit, hoc ipso quo velle tribuit, sine qua voluntas seu charitas habitualis, quantumcumque magna, post lapsum primi hominis in actum exire non potest. Nisi enim mirabili & inusitata gratiâ fomes extinguatur (qui non est aliud quam generale quoddam pondus, ad curata diligenda) semper animum languentem deorsum premit; semper visibilibus objectis

A undequaque; intus & foris sese offerentibus proritur, nisi Spiritus sancti munere motus ejus vel præveniatur, oritur, vel comprimatur exorti. De tali posse tanquam vero effectu gratiæ Christi actualis, quod cum velle indissolubile sociatum est, sæpe August. mentionem facit. Ut quando in libro de correptione & gratia dicit: Est quippe in nobis per hanc Dei gratiam actualem Christi non solum posse quod volumus, sed etiam velle quod possumus. Et aliquanto inferius: Tantum quippe Spiritus accenditur voluntas eorum ut ideo possint, quia sic volunt, ideoque se velint, quia Deus operatur ut velint. Et inferius: si Deus in eis non operaretur ut vellet, inter eos & tantas tentationes infirmitate suâ voluntas ipsa succumbere, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellet, aut non ita vellet infirmitate voluntatis ut possent. Et alibi ostendens gratiam Christi esse illam que dat homini utiliter posse, quia simul dat velle, Tunc enim, inquit, utile est velle cum possumus, & tunc utile est posse cum volumus. Nam quid prodest, si quod non possumus volumus, aut si quod possumus volumus. Itaque in libro de gratia Christi expressè docet, gratiâ Christi esse illam qua non solum possibilitas adjuvatur, ut videlicet possimus agere, sed etiam ipsa voluntas & actio, id est, ut bene volumus & bene agamus, que non sunt in homine nisi quando bene vult & bene agit. Et sine illa gratia omnino nihil boni quod ad pietatē spectat fieri posse. Itemque quod per Christi gratiam homo non solum potest venire sed venit, ita videlicet ut ibi iam sit, & possibilitatis profectus, & voluntatis affectus & actionis effectus. Et in libro de gratia & libero arbitrio, dicit: Nec tamen sufficit, hoc est potest, liberum arbitrium voluntatis humane, nisi a Domino ipsa victoria concedatur oranti, hoc est, non potest vincere nisi Deus det ipsum vincere seu victoriam. Et paucis adjectis infra, docere volens ipsum venire ad Christum seu credendo converti ad Christum, dari a Deo probat ex illo loco, quo Christus iudeis dicit, Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei, ipsum videlicet venire a Patre meo. Quod sine genis proximæ completæque potestatis ex duobus principijs Augustini, quæ tanquam totius doctrinæ ipsæ basim jecit, necessario sequitur. Docet enim primò gratiam Christi non illam esse, sine qua non volumus aut agimus, cuiusmodi est omne solius possibilitatis adiutorium, quale primi hominis fuit, sed qua volumus atque agimus, ut latissimè supra demonstravimus. Docet secundo sine gratia Christi nihil omnino boni ab homine cogitando, volendo, agendo, posse fieri. Ex quibus sibi succurrentibus necessario sequitur, gratiam Christi simul afferre quod & ipse in terminis dixit, posse quod volumus, & velle quod possumus; ideoque nos posse, quia sic volumus, ut jam paulo ante ex ipso recitatum.

D Cum igitur tot sint modi quibus præceptum dicimur posse facere, totidem etiam erunt, quibus non posse dicamur. Quod & exemplis nonnullis in præcedenti discursu declaratum est. Nec difficile esset ex Augustino singula pluribus astruere, nisi res esset per se perspicua.

Ad argumentum igitur initio capitis decimi-tertij propositum veniendo, responde-
mus, præcepta Dei esse homini possibili-
seu posse ab homine fieri, & consequenter
hominem ea posse facere. Etenim si jam
iustificatus est, habet charitatem seu bonam
voluntatem, per quam Deum diligere, &
consequenter totam legem implere potest.
Plenitudo enim legis dilectio, inquit Apostolus.
Si autem fidelis quideam, sed nondum iusti-
ficatus est, habet aliquid bonæ voluntatis,
quatenus credit, nam ubi est initium fidei, est
etiam initium bonæ, hoc est, præ voluntatis: per
hanc autem potest mundari, potest uberius
auxilium invocare, & consequenter rectè
picque vivere, quod si etiam fide Christi ca-
ret habet liberum voluntatis arbitrium, per
quod uti carni trullanti, ita & Spiritui illu-
minanti consentite; uti peccare ita & rectè
vivere potest. Quocumque vero possibili-
tatis modo ex illis tribus quos jam diximus,
homo possit præcepta Dei facere, etsi alio
modo proximè non possit, satis est, ut si non
fecerit, sit inexcusabilis. Quod enim ima-
ginantur quidam excusari hominem à trans-
gressione præceptorum Dei, quando non
habet istum postremum possibilitatis mo-
dum, hoc est, quando non habet auxilium
istud, quod omnium propinquissimè ad vo-
lendum sufficiens est, ex eo falsum esse con-
vincitur, quod alioquin tale auxilium non
aliquando, sed semper esse deberet in ho-
minis potestate: & consequenter quod infi-
delis deberet semper, quando se jam vidit ad
credendum obligatum esse, intus in mente
illuminari, & in voluntate attrahi, hoc enim
nisi fiat, certum est illo proximo potestatis
modo non posse credere, nec posse converti,
multoque minus posse naturalia Dei præcep-
ta facere. Talem autem gratiam semper in-
tus eis præsentem esse, quemadmodum du-
bio procul falsum est, ita & falsum est, eos
semper ad Deum verum posse converti,
posse præcepta implere naturalia, & conse-
quenter excusatos esse.

Sed quomodo, inquires, non sunt excusati
sive fideles sive infideles, qui illo postremo
sufficienti adiutorio carent, quandoquidem
sine illo præceptum absolute implere non
possunt. Nam reliqui tres possibilitatis modi
imperfecti sunt, quibus præsentibus, si pos-
tremus qui per actualem gratiam datur, non
affuerit, non magis hic & nunc & absolute
fieri posse præceptum dici potest, quam si
sine aliis volare diceretur. Quomodo igitur
non excusat tanta implendi præcepti impo-
tentia? Respondent aliqui, verè peccare eos
qui adiutorio sufficientis gratiæ carent, quia
eorum impotentia non est antecedens, sed
concomitans, hoc est, non est causa cur
homo non impleat præceptum efficiendo
involuntarium, sed per accidens conjuncta
est, non attingens actum voluntatis. Non
enim ideo peccant, quia non possunt abstinere

re à peccato, quamvis revera non possint;
sed ideo peccant, quia non volunt, neque
vellent abstinere, etiam si possent. Quod ex
eo perspicuum esse dicunt, quia nesciunt se
non posse. Quam ob causam dicit Hugo de
sancto Victore: Quando homo non potest, si vult,
propter voluntatem impossibilitatis non imputatur: si
autem non vult, propter impossibilitatem voluntatis
non excusatur. Simile accidere volunt in ig-
norantia antecedente & concomitante, qua-
rum illa purgat peccatum cuius causa est, ista
non purgat, non causat aut attingit actum
voluntatis adjunctum, sed per accidens ei
copulatur. Si hoc alicui sufficiat, nihil su-
perest præterea satagendum. Plenius tamen
fortassis alio modo quæstioni satis fieri po-
test.

Itaque responderetur, duplicem esse præ-
cepti faciendi impotentiam. Una est ex defectu
alicujus, quod non potest quantumlibet mag-
nâ voluntate, hoc est, quantumlibet fortiter
volendo, suppleri. Talis est impotentia illius
qui caret breviterio ad horas, quas ignorat, re-
citandas, & illius qui caret rebus temporali-
bus ad largiendam elemosynam, & scientia
adeum docendum qui defectu instructionis
perit, & hujusmodi infinita. De tali impo-
tentia verissimum est, quod Deus non jubet
impossibilia. Nam hoc ipso quo talis oritur
impossibilitas, vel præceptum extinguitur,
vel certè ad illud implendum is, cui præcipi-
tur, non amplius obligatus est. In hujusmodi
etiam impossibilibus, voluntas pro facto re-
putatur. Non est enim culpa voluntatis quod
non fiat, sed pura inopia potestatis. Altera
impotentia est, quæ ex defectu ipsius volun-
tatis seu volitionis oritur, quæ si adesset,
quanta adesse debet, præceptum facillimè
impleretur. Tantummodo enim fortiter vo-
lendo impletur, unde si fortiter vult, hoc
ipso jam impletum est, & non impletum esse
non potest. Ex quo consuevit, inquit Augustinus,
ut quisquis rectè honestè, vult vivere, si id se velle
pre fugacibus bonis velit, assequatur tantam rem
tanta facilitate, ut nihil aliud ei quam ipsum velle,
sit habere quod voluit. Talis enim voluntas sicut
necessariò secum affert plenum velle, ita &
posse quod voluit: Ibi enim facultas ea, quæ vo-
luntas, & ipsum velle, iam facere est. Nam quem-
admodum paulò ante dixerat, non solum ire,
verum & pervenire illuc, multoque magis posse
ire, nihil erat aliud quam velle ire, sed velle
fortiter et integre, non semi-
sanciam hac atque illac versare & iactare voluntatem,
parte assurgente, cum alia parte cadente lætante.
Hæc impotentia non faciendi nullo modo
excusat eum, qui non implet, quod præci-
pitur. Posset enim implere si veller. Quod
si noluerit atque ideo non potuerit, quis non
eum dixerit, pro ipsa tam perversa obdura-
tâque voluntate culpandum? Duplicem istam
impotentiam insinavit Augustinus quando
dicit: Cogitatur & sic: aut ideo non sit, non quia no-
lumus, sed quia non possumus, Quæquid vult non
potest.

Epist. 107.

Handwritten marginal notes in the left margin.

Hugo de S. V. l. 1. 2. non excusatur. 14. cap. 6.

lib. 1. li. ut quisquis rectè honestè, vult vivere, si id se velle lib. 1. c. 13.

lib. 1. c. 1. non excusatur.

lib. 1. c. 1. non excusatur.

lib. 1. c. 1. non excusatur.

*potes, factum Deus computat. Rectissime omni-
no non dixit, quicquid non potes, factum
Deus computat; multa sunt enim quæ pro-
pterea non possumus quia nolumus, eo quod
contrarium fortissime obstinatissime quevo-
lumus: sed circumspicissimè dixit: Quicquid
non potes, factum Deus computat.*

Ex hac igitur duplicis impotentia distinc-
tione facile apparet, quid ad objectionem
istam quam diu volvimus, respondendum
sit. Nimirum impotentiam divina manda-
ta faciendi quæ in peccatoribus reperitur,
esse talem, ut non desinant ea implere posse,
si voluerint. Velint enim pleneque velint,
mox ut voluerint, implebuntur. Si autem
nolint, ideoque non possint, quis nisi no-
lentibus vitio veritatè duritiam iniquæ volun-
tatis secuturumque defectum potestatis? Nam
revera defectus talis potestatis non est aliud
quam duritia malæ voluntatis, à qua suscep-
ta recedere non posse, non est aliud quam
tenaciter nolle. Tradidit hanc doctrinam
pene iisdem verbis Augustinus in Tractatu-
bus in Ioannem. Nam illum Evangelij
edificans locum, ubi ex Isaia narratur quod
non poterant credere, quia dixerat excæcavit ocu-
los eorum &c. cum præmississet esse labo-
randum, quomodo illorum culpam, quia
non crediderunt, posset offendere, de qui-
bus dicebatur non poterant credere, sic diffi-
cultatem istam explanat: *Quare autem non po-
terant credere, si à me quaratur, cito respondeo,
quia volebant, malam quippe eorum voluntatem
previdit Deus. Et objectionem sibi propo-
nens adversarij: Sed aliam causam, inquit, dicit
Propheeta, non voluntatis eorum videlicet ecce-
tationem eorum. Etiam hoc, inquit, eorum vo-
luntatem meruisse respondeo. Sic enim excæcat, sic
obdurat Deus deserendo & non adjuvando. Nam
illi supplicio proprium est, ut qui illo ple-
ditur malum immobiliter velit, ideoque am-
plecti non possit bonum. Quamobrem infer-
nus ostendens illam non solum voluntatem
malam, sed etiam impotentiam ex magnitu-
dine malæ voluntatis proficisci, adjicit: Non
itaque mixtum est, quia non poterant credere quorum
voluntas sic superba erat, ut ignorantes Dei
iustitiam &c. Et post pauca rursus: Sic autem
dictum est: Non poterant, ubi intelligendum est, quod
volebant, quemadmodum dictum est de Domino Deo
nostro, si non credimus, ille fidelis permanet, negare
seipsum non potest. De omnipotente dictum est, non
potest. Sicut ergo quod Dominus negare seipsum non
potest, laus est voluntatis divinæ, ita quod illi non po-
terant credere, culpa est voluntatis humanæ. Di-
sertius profecto expressiusque non posset no-
bis patefacere, quam ex voluntatis perversæ
magnitudine atque stabilitate nasci mutatio-
nis impotentiam, quæ tantum abest, ut ex-
cuset culpam ejus, ut potius cumulatorem
esse demonstrat. Quibus vestigijs insitendo,
sanctus Bernardus eandem radicem istius
dissolvendæ difficultatis detegit, planissimeque
declarat: *Et sicut calescit Angelus aut etiam Deus**

*ipse permanet liberè bonus, propria videlicet voluntate
non aliqua extrinseca necessitate (quæ videlicet
quemadmodum diximus non potest volen-
do superari) sic profecto diabolus equè liberè in
malum & corrumpit & persistit, suo utique voluntario
nutu, non alieno impulsu. Et multis interpositis
tandem adiecit: Ceterum nec Deus caret libero ar-
bitrio, nec diabolus, quoniam quod illi esse non po-
test malum (malum scilicet agendo mala vo-
luntate) non infirma facit ne sperat. (hoc est non
impotentia) sed firma in bono voluntas, & volun-
tatis firmitas; quodque non VALET in
bonum respirare, non aliena facti violenta oppressio
(quam videlicet volendo superare non possit)
sed sua ipsius in malo obstinata voluntas & volunta-
ria obstinatio.*

Ex qua sancti Augustini & Bernardi do-
ctrina planum est, talem implendorum præ-
ceptorum impotentiam ex duritia volendi
profectam, sicut non abstergit culpam vo-
luntatis humanæ, sed auget potius, ita quo-
que nullo modo tollere libertatem. Quo se-
cundum Augustini principia nihil verius dici
potest. Nam apud ipsum nihil est aliud vo-
luntatem esse liberam, quam actum suum ha-
bere in sua potestate, & habere in potestate
nihil aliud, quam eum facere si voluerit.
Quis autem dubitet peccatorem obstinatissi-
me malum velle si voluerit, quod eò facilius
in hominibus ac daemonebus intelligitur, quod
eorum obstinatissima voluntas, & ut Augu-
stinus dicit *ad bonum omnino inflexibile non sit
aliud quam quædam continuatè primæ ele-
ctionis qua mali facti sunt. Sicut ergo non
tollit à Deo libertatem, voluntaria illa fir-
mitas, qua non potest à suscepta semel volitione
retrocedere, ita nec immobilitas illa
peccantium hominum aut Angelorum, qua
non possunt recipere voluntatem bonam,
nullo modo eorum libertatè infringit. Qua
de re qui plura desiderat, consulta ea quæ de
simili difficultate alibi diximus.*

Ex his etiam illud intelligitur quam per-
peram Scholastici gratiam sufficientem pos-
sulent, ad hoc ut homines peccare dici
queant. Peccabunt enim sine gratia sufficiente,
non minus quam si illius adjuutorio mun-
darentur. Nam & actus liber est, & facient
si voluerint: Quod si noluerint, non hoc
efficit impotentia quæ destruat libertatem,
sed quæ supponat & auget potius. De qui-
bus loco citato, totisque pene libri de liber-
tate arbitrij disputabitur. Ex precedenti, se-
cundi argumenti capite decimo tertio pro-
positi solutio liquet. Constat enim eodem
planè modo etiam peccata à non habentibus
gratiam sufficientem posse vitari, non quidem
illà proximà potestate, quæ dat simul velle
quod possumus, & posse quod volumus, nec
illà quæ potestatem voluntatis velut in aequili-
brio ad utramque ponit, qualem libertatem
solum Scholastici sibi conceperunt, solumque
post lapsum & hominum & Angelorum, sive
in bonis sive in malis nusquam inventionem
sed

lib.

Vide 4. de statu naturæ lapsæ 1. 24.

Vide infra lib. 6. & 7. de grat. Chris. s. Salvat.



sed illa remotiore potestate qua possunt ea vitare si voluerint. Si enim noluerint defectus est voluntatis non potestatis, quam voluntas supplere non possit. Sed de ista difficultate quomodo peccata vitari possint, videri latius dicta in alio loco. Hinc igitur etiam fit, ut quemadmodum ea vitare possunt, ita quoque non committant necessario, eam videlicet necessitate, quae repugnet libertati, culpamque abstergat exorbitantis voluntatis. Est enim necessitas quae ex duritia & obstinatione volendi nascitur, quae non auget neque minuit culpam pertinaciter volentium sed accumulatur, quia firmius adhærescit malo. Ex quo principio confidentissimè dixit

Lib. 1. cont. 10. ep. r. imp. p. f. 155.
Augustinus: *Multum erras qui necessitatem nullam putas esse peccandi, vel eam non intelligis illius peccati esse penam, quod nulla necessitate commissum est.* Et alio in loco adversus eundem adversarium Iulianum, ne putaret culpam voluntatis ex

Ibid. f. 159.
ista necessitate esse sublatam: *Non est igitur impunitatis securitas in necessitate peccandi.* Quae de re fuse in alio libro dictum est. Quomodo vero ista peccata quae tali modo ex ista voluntatis duritia & voluntaria, ut ita dicam impotentia, etiam libera sint, non solum in sensu sancti Augustini, de quo iam non nihil diximus, sed etiam in sensu Scholasticorum,

Ibid. c. 24.
latius in eodem libro explicatum vide.

Sed adhuc oppones Augustinum dicere in libro de correptione & gratia: *Si autem hoc adiutorium Angelo vel homini quamprimum facti sunt desisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent.* Adiutorium quippe desisset, sine quo manere non possent. Ergo impotentia volendi, etiam illa quae voluntate superaretur abstergit culpam volentis, & hominem reddit excusabilem, nempe quia tollit ab illa volitione libertatem.

Respondetur verissimum esse quod in Augustini casu impotentia voluntatis reddat hominem excusabilem & culpam auferat. Cuius rei ratio non est illa, quasi illo deficienti adiutorio, non libera voluntate unumquemque actum circa singula objecta mala voluisset. Tam enim liberè, non solum illa libertate ab Augustino agnita atque tradita, sed etiam illa libertate Scholasticorum, hoc est, contradictionis seu exercitij hunc & illum actum eliciuisset, quam nunc eliciunt demones & beati. Sed ideo defectus adiutorij culpam delevisset, quia talis actus profectus fuisset ex institutione Dei, atque ita necessario fuisset bonus. Nam illa consideratione adicit Augustinus: *Quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset manere si vellet:* quasi diceret, quia ei naturale erat, sine adiutorio manere non posse si vellet, hinc impossibile erat, ut hoc ei vitio verti posset, sed necessario sine culpa cecidisset. Quod si verò talis defectus adiutorij homini aut Angelo non ex naturae institutione, sed ex aliqua culpa contingeret, profectò tunc Augustinus actum inde secuturum non so-

lum liberum, sed & culpabilem esse posse fateretur. Nam hoc est illud ipsum quod ibidem statim adicit: *Nunc autem quibus deest tale adiutorium, videlicet sine quo manere non possunt, pena peccati est.* Quasi diceret, nunc quia istud adiutorium non ex naturae institutione, sed vitiatione sublatum est, actus qui ex libera voluntate sequitur, non definit esse vitiosus, eumque perpetrans culpae reus.

Ex quo sane iam vera panditur intelligentia tot testimoniorum, quae supra vidimus, in quibus eis qui de Deo obdurante quem voluerit, & gratiam subtrahente querebantur, cum Apostolo respondebat, *O homo tu quis es* &c. ostendens eos ex peccatis praecedentibus illam ablationem gratiae, excecationem obdurationemque meruisse. Vis enim responsionis istius non isto nititur cardine, quasi postquam homines peccaverunt, ablato sufficienti adiutorio, vel peccata non sint libera, vel quae non sunt libera, possint esse peccata, hoc enim impossibile est: nec unquam Augustino in mentem venit, quod non essent libera illa peccata quae ab obduratis, excecatis, divina gratia sufficiente destitutis committuntur, sed per peccatum à recta naturae institutione discessum est, iuxta quam impossibile erat, ut actus ad quem vitandum deerat adiutorium, peccatum diceretur, cum esset potius actus bonus tanquam naturae optime constitutae consentaneus, propter hanc ipsam omnino causam dicente

Augustino: *Nam si non esset ista pena hominis sed natura (quod vult & non potest rectè facere) nulla ista peccata sunt.* Si enim non receditur ab eodem modo quo naturaliter factus est, ita ut melius esse non possit, ea quae debet fieri cum hoc facit. Hinc itaque ne quis miraretur, quomodo posset esse actus malus, quem obduratus & excecatus & gratia sufficiente destitutus perpetrat, semper eo recurrit, quod ille defectus gratiae sit poena peccati. Nam si non esset ista peccantis poena voluntatis, sed Dei hominem cecum ac durum & adiutorio destitutum creatis institutio, vel pro suo arbitrio deserentis, non possent actus excecatorum, obduratorum, & adiutorio sufficienti carentium, peccata nuncupari, sed ut dictum est actus boni; non defectu libertatis, sed malitiae, quae necesse est careat actus, qui ex Dei naturam humanam ita instituentis vel reformantis voluntate atque ordinatione, committuntur. Nam ut iam tetigi, nunquam in omnibus scriptis suis illo scrupulo laborat Augustinus, quod huiusmodi actus non esset liber & liberae voluntatis. Semper agnoscit esse liberum, libertate quae ad peccatum sufficit, quamvis identidem & constanter neget esse liberum illa libertate indifferentiae ad faciendum bonum & malum, quam Scholastici postulant, & Augustinus in solo primi hominis & Angelorum primo peccato locum habuisse profiteretur. Sed de illis omnibus alibi ex professo dictum est.

C A P V T X V I

Locus Augustini exponitur, ubi dicere videtur, quod Pharaoni non imputabatur quod obduratus obtemperare non poterat.

PRÆDICATIS omnibus obijcitur Augustini locus ex libro expositionis quarundam propositionum ex Epistola ad Romanos, ubi sic loquitur de peccatis Pharaonis qui & obduratus fuit & gratia sufficiente caruit. Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperavit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur præcedenti infidelitate. Ergo ex Augustini mente, peccata obduratorum, qui secundum ipsum gratia sufficienti carent, non sunt peccata quæ ad culpam imputentur: Quod non alio ex capite contingere potest, nisi quia potestate evitandi carent, & consequenter non sunt liberi: sed quia valdè absurdum est obduratos & excecatos in actibus malis quos committunt carere libertate & culpa quæ illis imputari possit, absurdum etiam erit eos gratia sufficienti destitutos esse, nec Augustinus in ista sententia sequendus erit. Ita ferè recentiores quidam, qui ex isto potissimum loco se invictè concludere putant, Augustinum in ea sententia fuisse, quæ obduratis gratiam sufficientem negat; quamvis eam ipsi se improbare profiteantur. Alij alijs modis Augustinum non parum ab ejus mente recedentibus explicant, ne quid absurdum docere videatur.

Respondetur merito igitur ascendendum est ijs, qui in illius loci intelligentia falluntur: in qua profectò falli penè necessarium est, nisi quis Doctoris istius lucubrationes multum versaverit, & principia ejus non mediocriter penetraverit. Dico igitur sensum verborum istorum longè alium esse quam præ se ferre videantur. Nam in primis quamvis inde rectè colligatur, quod sufficienti gratia omnino careant, qui obdurato corde omnino obtemperare non possunt, quod nunquam dubitavit Augustinus, malè tamen infertur, illum obdurati cordis actum, quem ei non imputari dicit, non fuisse peccatum. Nam excecatorum atque obduratorum actiones malas, qui præceptum vel cœcitate vel impotentiâ implere non possunt, esse vera peccata, poenæ etiam adeoque damnatione persequenda semper & post scriptum illum librum, & in ipso eodem libro satis apertè docuit. Nam quid significat aliud quod ibidem dicit, obduratum deferendo relinqui ut malè operetur? Nam in Augustini doctrina inauditum est, ut aliquis malè operetur & non peccet, quia ex ejus doctrina, omne factum, si rectè factum non est, peccatum est. Quid item significat aliud, quod ibidem docet quod infidelitas & impietas, propter quam obdurantur, inchoat poenæ meri-

tum, ut per ipsam poenam etiam malè operentur, itemque, quod sit primum meritum poenæ. Si enim impietas inchoat meritum non credendo, obduratio profectò perficit malè operando. Et si ex infidelitate primum supplicij meritum proficiscitur, profectò ex obdurate secundo, Post istum verò librum, obduratos & excecatos verè proprièque peccare sepius ex professo tradidit. Nam libro de natura & gratia, cum dixisset quod luce veritatis desertus ac cœcus, plus necesse est cadat, quod non est aliud, quam id quod de Pharaonè dixerat, quod obtemperare non poterat, statim addit: Et tamen per hanc poenam, id est, per cordis cœcitatē, quæ si deserens luce sapientia in plura & gravia peccata collapsi sunt. Et ex Apostolo ad Romanos primo, multipliciter probat esse peccata licet poenalia, esse opera tenebrarum, esse majoris meriti desertionis & vindictæ Dei. Et tractatu quinquagesimo tertio in Joannem, cum docuisset ex Evangelio, Iudæos non credendo peccavisse, & tamen excecatos credere non potuisse, monet postea, Ne quisquam neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Toto disputandi conatu hoc agit, & tanquam certissimam doctrinam asserit adversus Iulianum: Ista, inquit, cœcitas fuit Iudæis grande incredulitatis malum, & grandis causa peccati, ut occiderent Christum. Et inferius docet hujusmodi tam propriè esse peccata, ut inde etiam rei fiant, unde damnati. Quod paulò post ipse sic explicat, Etique damnati, Deo videlicet excecante & obdurante, ut tanta operarentur mala. Et tamen ista damnatio etiam voluntas est, quo gravius implicantur. Et multò post evidentissimè dicit, per hujusmodi poenas fieri eadem peccata & peccatorum supplicia prætoriorum, & suppliciorum merita futurorum. Ut profectò dubitari nullo modo possit, quin Augustinus illa vera peccata esse senserit, ad quæ homines deserti gratia Dei, ex justa obdurate & excecationis poena damnantur.

Quapropter qui locum Augustini obijctum rectè & genuinè intelligere cupit, quorundam principiorum ejus recordari debet. Primum est, quo constantissimè docet, primum hominem fuisse institutum cum summa quadam arbitrij libertate & indifferentia ad bonum & malum: usque adeo ut nihil ejus bonæ voluntati intrinsecus vel extrinsecus repugnante, solo nutu voluntatis, auxilio gratiæ sufficientis adjutus, sine quo nihil poterat, in bono posset permanere si vellet. Ipsum quippe velle, ubi intus nihil concupiscentialiter resistebat, erat posse quod vellet: cujus contrarium experimur, postquam

lib. de nat. & grat. c. 22

lib. de nat. & grat. c. 22

lib. de nat. & grat. c. 22

lib. de nat. & grat. c. 22

Lib. de nat. & grat. c. 22

Tract. 53. in Joannem.

lib. 3. contra Iul. c. 3.

Ibidem.

Ibid. c. 4.

quam in peccatum lapsi sumus, & veri ignorantia & boni infirmitate puniti. Poterat quoque ad malum eadem facilitate declinare.

Ex isto quodammodo liberæ voluntatis æquilibrio nascébatur, ut actiones ejus sive in bonum sive in malum ex liberrimo nutu & flexu ejus proficiscerentur, utpote quas neque gratia, neque concupiscentia, quæ necdum erat exorta, libero voluntatis arbitrio donaret, sed ipsum arbitrium sibi. Nam ista gratia non donabat actus voluntati; erat enim adiutorium consentaneum tantæ libertati, non quo fieret ut vellet, sed sine quo velle non poterat. Et hinc est quod tale arbitrium subinde antonomastice liberum, & actio ejus libera vocari solet. Hinc etiam proficiscébatur, ut actiones ejus sive bonæ sive malæ, propriissimè merita dicerentur, & quod eis reddebatur, merces meriti; utpote quæ purè ex libera voluntate sponte surgerent, neque involverent quicquam gratiæ donationis in seipsis seu secundum se, sed in potentia tantum: hoc est, quatenus & liberum arbitrium, & adiutorium potentiale gratiæ. sine qua non, gratis datum fuerat. Nihil etiam involvebant pœnæ vel præmij. Contrarium nunc omnino usu venit. Nam & velle & agere nunc per alterius ordinis gratiam donatur voluntati, omniaq; peccata nunc sunt supplicia præcedentium, quia non ex illa plena libertate, sed ex animi quadam pœnali cœcitate & infirmitate nascuntur, cum quibus in hunc mundum projecti sumus. De quibus omnibus latè libro primo de statu primi hominis & Angelorum disseruimus.

Hinc ulterius fiebat ut peccatum istud primum Adami sanctus Augustinus etiam singulari modo peccatum appellare consueverit, tanquam quod purum putumque peccatum esset, ex sola libertate voluntatis, nulla ignorantia vel concupiscentiâ impellente perpetratum. Nam omnia hujusmodi ignorantia & concupiscentiæ peccata, ita peccata sunt, ut simul sint præcedentium supplicia peccatorum. Iuxta quem peccati intellectum definitur à sancto Augustino peccatum, libro de duabus animabus, motus voluntatis inde liberum est abstinere. Quam definitionem sæpè protestatur nulli peccato, nisi solius primi hominis convenire: prorsus enim illi liberum erat qui nulla internâ cupiditate vel timore peccare cogebatur, de quo latè alibi disertum est.

Denique observandum est, quod Augustinus, cum istum librum ex quo objectio deprompta est, scriberet, adhuc illo errore tenebatur, quo putabat ita istam primæ felicitatis libertatem perisille, ut tamen quædam reliquæ remansissent, ex quibus arbitrium in utramque partem liberum esset, ut crederet vel non crederet, quamvis gratia libertatem & potestatem ad operandum asserre deberet, quemadmodum hoc postea Massilienses arripuerunt. Quod ita esse, testis est ipse Augustinus in libro de prædestinatione Sanctorum. Ex istorum principiorum observatione præ-

sentis objecti loci, & multorum quæ in isto libro dicuntur, genuina pendet intelligentia. Nam ex isto intuitu dicit non procul ab initio:

Liberum arbitrium perfectè fuit in primo homine: in Lib. Exp. nobis autem ante gratiam non est liberum arbitrium quomodo ut non peccemus, sed ut tantum peccare nolumus, inefficaci videlicet voluntate, sub qua & credere comprehendit. Gratia vero efficit ut non tantum velimus, sed possumus, non nostris viribus liberi arbitrij, sed Liberatoris auxilio. Vbi satis aperte vides asseri reliquias quasdam itius primæ & magnæ libertatis, per quas ut minimum peccare nolumus. Quibus postea sæpius ascribit etiam credere. Nam ex isto intuitu dicit aliquanto post: Liberum autem arbitrium habet ut credat liberatori, & accipiat gratiam, ut iam illo qui eam donat, liberante & adjuvante non peccet. Ex isto intuitu dicit infra: Non Deus elegit opera seu fidem. Quia scilicet videbat nos libero arbitrio credituros, non autem operaturos, quia libertate nostrâ credere, non verò operari possumus. Et inferius: Quod credimus nostrum est, id est, credere veri arbitrij fructus est, quod autem bonum operamur, illius est. Et rursum: Quod si vocatus vocantem securus fuerit, quod est iam in libero arbitrio merebitur & Spiritum sanctum, id est, gratiam, per quem bona possit operari. Et paucis adjectis: Nostrum est credere & velle, illius autem dare creditibus & volentibus facultatem bene operandi.

Ex hac igitur eadem consideratione libertatis quam habemus ad volendum atque credendum, non autem ad bene operandum, pendet & istud, quod ex illis Apostoli verbis, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, putabant aliqui, tolli etiam ad volendum libertatis arbitriū. Dicitur enim *non volentis &c.* Respondet ergo quod per illa verba, *Non tollitur liberum voluntatis arbitrium*, ad volendum, sed non sufficere dicit velle nostrum, nisi adjuvet Deus. Quamquam enim ibi sit etiam voluntas seu volitio nostra, sola tamen nihil posset, videlicet ad operandum id quod voluit. Vult enim significare, quod voluntas quidem nostra præcedit, utpote qua volumus atque credimus, credendoque meritum vite bone inchoamus; non tamen hoc sufficere, nisi Spiritus sancti dono voluntas illa robustior fiat, ut bonum possit operari. Quod illustrat etiam ex contrario Pharaonis exemplo. Nam ille cor obduratum habuit, ita ut non obtemperaret, imò obtemperare non posset præceptis Dei. Sed hoc similiter non proveniebat ex libero ejus arbitrio, sed ex supplicio præcedentis voluntatis incredulæ, quæ sic impotentia obtemperandi remunerata fuit, sicut voluntas credendi potestate operandi. Verba ipsius ista sunt: *Quod ergo tunc Pharaon non obtemperabat præceptis Dei, iam de supplicio veniebat*, videlicet non de libero voluntatis arbitrio: quia libero suo arbitrio non credendo, tale supplicium promeruerat, ut obduratus obtemperare non posset. Nam hoc est quod per modum probationis adicit: *Non autem quisquam potest dicere obdurationem illam cordis IMMÉRITO accidisse Pharaonem,* sed

Lib. de duabus animab. cap. 11.

Vide l. 3. de statu natura lapsæ toto c. 9. & lib. 2. cap. 21.

Vide lib. de prædest. Sanctor. c. 3. & 4.

sed iudicio Dei retribuente incredulitati eius debitam penam, scilicet ut obtemperare non posset, ac nihil aliud nisi malum posset operari; sicut illi qui libero arbitrio credidit, retribuitur ut per gratiam tanquam donum Dei operetur bonum. Nam istam comparationem adijcit quando dicit: *Sicut enim in ijs quos elegit Deus, non opera, sed fides liberi arbitrii inchoat meritum, ut per manus Dei bene operentur, sic & in ijs quos damnat, infidelitas & impietas liberi arbitrii qua nolunt credere, inchoat poena meritum, ut per ipsam penam etiam male operentur.*

Ex quibus patet Augustinum ex illo jam dicto errore suo revocare totam seriem bonorum operum ad fidem tanquam ad meritum liberi arbitrii nostri. Nam uti dixerat: *Libero arbitrio habet homo ut credat liberatori suo.* Et est contrario totam seriem malorum operum, quæ ex obduratione sequuntur, ad infidelitatem illam primam, qua nolunt credere; tanquam ad meritum liberi arbitrii. Reliqua vero opera sive bona sive mala, non tam vult esse nostra, quam divini muneris, & supplicij, quo, bona opera, & mala ex promerito divinæ gratiæ beneficio, & obdurationis iudicio consequuntur.

Hinc jam elucet verborum illorum intellectus quæ nobis opposita, & jam citatis intertextæ sunt: *Non ergo hoc illi Pharaoni imputatur, quod tunc non obtemperavit, quando iudem obdurato corde obtemperare non poterat, sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate.* Non vult enim significare quod non fuerit ei imputata tanquam peccatum illa inobedientia, quam in eo gravissimè Scriptura reprehendit; sed quod non fuerit ei imputatum tanquam liberum, seu tanquam meritum liberi arbitrii, illo libertatis genere, quod liberæ voluntatis motum, nullo supplicio egente vel gratia dante provocatum sonat. Nam quando gratia vel supplicium facit facere voluntatem, actus qui sequitur non est liber Augustino, illo libertatis genere, nec fit per liberum arbitrium, tanquam per id quod impellit & flectit ad velle voluntatem, sed per gratiam vel per supplicium. Sic enim seipsum statim explicat, quando dicit, quod post fidei meritum, quod est liberi arbitrii, per manus Dei bene operantur; & post meritum infidelitatis, quod similiter est liberi arbitrii, per ipsam penam etiam male operantur. Et

rursum, quando dicit, quod illa misericordia qua Deus facit bonum operari, procedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio procedenti impietati, ut & bona per donum Dei operetur, & mala per supplicium: Neutrum videlicet per liberum arbitrium quod post illud donum Dei & supplicium non est amplius liberum, eo qui jam explicatus est libertatis modo: quamvis liberum ei fuerit, ut sola libertate sua crederet & non crederet, neque gratia donante credendi voluntatem, neque supplicio non credendi. Nam hoc sibi vult illa adverbativa, quam statim adijcit: *Cum tamen homini non auferatur liberum voluntatis arbitrium sive ad credendum Deo, ut consequatur, nos misericordia, sive ad impietatem, id est, incredulitatem, ut consequatur nos supplicium.* Hoc sibi vult & illud quod ante discursus illius inchoationem præmiserat, & refutando falsum esse demonstraverat, quod quidam putarent, *Paulum ab illo libero voluntatis arbitrio, quo promeremur Deum bono pietatis, id est, credulitatis; vel malo impietatis, id est, incredulitatis, offendimus: hoc est, eum abstinuisse libertatem credendi & non credendi.* Negat enim hoc exserte, utpote quos ad credendum & non credendum liberum voluntatis arbitrium habere profiteretur, non tamen liberum ad bene operandum, quod munus gratiæ omnibus largiri debet, neque semper liberum ad malè operandum quod in quibusdam ad malè operandum ex obdurationis supplicio captivatum est. Hæc meo iudicio est vera germanaque loci illius explicatio, principijs Augustini omnibus conformissima; quæ quamvis falsa sint & ab ipso retractata, eo quod arbitrium, post peccati originalis infirmitatem, non magis liberum sit ad credendum quam ad operandum, sed utrumque per spiritum fidei & charitatis dari debeat, neque minus prima infirmitas, quam obduratio ex peccati originalis supplicio consequatur, genuinam tamen Augustiniam sensus expositionem continent. Quæ si quis meliorem invenit, gratulor, & si eam scire meruero, ex animo gratias agam; dimmedo tamen non ex ea confici velit, non imputari obduratis peccata sua, quæ Deo non obtemperando committunt. Hoc enim scio perpetuæ constantique sancti Anustius doctrinæ repugnare.

Ibid.

CAPVT XVII.

Non frustra dantur præcepta, consilia, exhortationes, correptiones ijs qui gratia sufficiente destituti sunt. Absurdum quod homini post lapsum Deus illam gratiam debeat, & quare.

SED addunt aliud frustra fore præcepta, frustra consilia, frustra exhortationes atque correptiones nisi gratia sufficiens omnibus detur. Nam huiusmodi præcepta, consilia & exhortationes non peccandi

& bene vivendi & convertendi sese ad Deum vivum ad omnes pertinent, quibus tamen bene uti nemo sine gratia sufficiens potest. Quis igitur istorum stimulorum usus fuerit, quorum usus non potest sequi?

Respon-

Respondetur præceptum consilium & huiusmodi nihil aliud probant, quam non esse solum Deum aut gratiam que operetur. Si enim solus Deus aut gratia operaretur, id quod præcipitur frustra diceret, convertimini, bene vivite, operamini, &c. Significatur igitur esse in homine liberum voluntatis arbitrium, sine quo non possunt ea, ad que præcepto, consilio, hortatione, suasionem, correptione stimulantur, impleri; qua de re & nos alio in loco quædam diximus que videri possunt. Ratio quippe præcepti aut consilij &c. nullo modo inferunt aut supponit id quod proponitur, sola libertate non adjuvata posse fieri, vel subinde auxilium que debet fieri esse in hominis potestate. Itaque nunquam aliud ex præcepto colligit Augustinus, quam id quod præcipitur non fieri sine libero voluntatis arbitrio; seu quod idem est, possibile esse, ut id quod præcipitur, actu liberi arbitrij impleatur. Nam in Epistola ad Valentinum: Nisi libero arbitrio intellexerimus, de his præceptis non nobis præciperetur dicente scriptura: Intellegite ergo qui missos estis in populo, & frustra assignando sapite. Et ipso quippe quo præceptum & imperatum est, ut intellegamus actu proprium, obedientiam nostram requirit, que nulla potest esse sine libero arbitrio. Et in Epistola secunda quam ad eundem Valentinum scripsit, non esse liberam arbitrium, non diceretur: Rectas curas fac peccatis tuis. Et in ipso libro de gratia & libero arbitrio, cum plurima præcepta protulisset: Innumerabilia, inquit, ratio quid ostendant nisi liberam arbitrium voluntatis humane. Et ibidem superius: Ipsa divina præcepta homini non prædesse, nisi haberet liberam voluntatis arbitrium, quo ea faceret, hoc est, quo si ea faceret, ad promissa premia perveniret. Et hoc primo de concupiscentia & concupiscentia: Unde intelligimus cum hæc præcipiuntur ut fiant, nihil aliud ostendi quam inesse nobis oportere ad hæc accipiendum & habenda etiam propriam voluntatem. Quod significat Augustinus nihil aliud præcepto indicari homini, quam eam cui præcipitur, velle debere, seu adhibere debere, nuntium suæ voluntatis, sine qua præceptum fieri nullo pacto potest. Eadem autem & consilij, & admonitionis, & hortationis, & suasionis, & corruptionis est ratio. An autem ista per alterius adiutorium debeant, & an istud ratio sit, & in hominis potestate, vel non sit, præceptum neque assentit neque negat.

Quapropter quando sanctus Augustinus à Pelagianis eodem præceptorum telo petebatur, ut ea possibile esse fateretur: fateretur quidem esse possibile per gratiam Dei, nunquam tamen admittit quod peccatores volunt, illam gratiam semper præsentem esse, sed solum esse possibile, quia Deus adjuvando hoc facere potest, vel esse possibile si adsit gratia adjuvantis Dei. Qua de re supra testimonia quædam dedimus, & ex alijs locis non est difficile producere. Respondemus, inquit, vitari posse peccatum, si gratia veniat sinocur, gratia Dei &c. Quod nihil aliud significat quam præceptum vitandi peccatum posse per liberum arbitrium

fieri, si gratia adjuvetur. Et de præcepto charitatis implendo loquens, & tanquam vitari, inquit, potest peccatum, quod committitur, carendo caritate que requiritur, non quando voluntas superbia laudatur, sed quando humilis adjuvatur. Hoc est, si humilis adjuvatur. Et in Enchiridio ad Laurentium: Si autem respexerit Deus ut ad implenda que mandat adjuvare credatur. Cuiusmodi conditionalibus sæpe videtur ad significandum præcepta ab homine impleri posse, si Deus per gratiam iuvet. Et è contrario vicissim sæpe docet, præcepta non nisi transgressionem operari, si non adjuvet Deus, qua de re latius supra diximus. Itaque subinde vim præcepti & gratiæ distinctè explicat, & nihil aliud præcepto tribuit quam ut rem per liberam arbitrium fieri oportere demonstret: Ideo hæc & non præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, ut intelligamus, quod & nos ea faciamus, & Deus facit ut illa faciamus.

Quapropter quamvis homini desit gratia sufficientis, qua præcepta possit implere, non propterea dicendum est, frustra esse præcepta, consilia, monitiones; habent enim ulum suum non contentum, qui proprie signis competit, nempe significandi homini, quid ab eo fieri debeat per propriam voluntatem, ut si forte possit faciat, quod iubetur; si non possit infirmitatem propria culpa contrariam doleat, oreque pro virtutibus impetrandis.

Itaque prima utilitas quam Augustinus præceptis tribuit, illa est ut sciat homo, quid tibi faciendum sit, neque peccatis suis prætexat ignorantiam, dicendo se necesse esse quid à se peteret Deus: Dominum, inquit, ostendit non solum a quo male declinamus & quod bonum faciamus, quia solum potest legi littera, verum etiam adjuvans ut declinamus a malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sine gratia. Et ne quis eam semper adjuvare arbitretur, salubriter addit: Quia si desit, ad hoc lex adest, ut reos faciat & occidat. Et in eodem libro paulo post: O homo in præceptis cognosce quid debeas habere in correptione, cognosce tuo te vitio non habere. Et in libro de dono perseverantia: Ne prædestinationis prædicatione in peccata est prædicatione sed perseverantia postea, & propterea ut quod oportet amant, & quibus datum est ut obediant. Et in ieremias: Ad divina præcepta iustitiae hortati sunt, ut qui haberent dominum obedientem, quibus iustis obedendum esset, audirent. Hic est ergo fructus Præcepti, ut homo sciat, quid tibi agendum sit, & quo se debeat voluntas alioquin cæca convertere: fructus Consilij ut sciat, quid ex pluribus præstet eligere: fructus admonitionis, ut quod sciebat, recordetur esse faciendum; fructus hortationis, ut sciat, quanti interlit, quam magnum, quam utile, quam honestum sit facere, quod novit esse faciendum: fructus correptionis, ut quemadmodum dicit Augustinus, sciat se suo vitio non habere, hoc est, ut sciat vitium suum esse quod non fecerit.

Secunda utilitas est, ut si homo simul cum præcepto faciendi gratiam acceperit, faciat quod præcipitur, Deoque gratias agat: sin autem

File lib. 4. de statu nat. lapa c. 24

Epist. 7. ad Valens.

Epist. 2. ad Valens.

Lib. de grat. & lib. arb. cap. 2.

Lib. de imp. cap. 3.

Lib. de perf. us. c. 2.

cap. 6.

In Enchirid. c. 118.

File super.

Lib. de pre. hae. & non. præcipiuntur. & dona Dei esse monstrantur, ut intelligamus, quod & nos ea faciamus, & Deus facit ut illa faciamus. cap. 11.

Id. de cor. c. 11.

Lib. de con. & grat. c. 7.

Lib. de dono perseverantia. c. 11.

Id. c. 11.

Id. c. 11.

Id. c. 11.

Handwritten marginal note in Latin script, possibly a reference to the text or a commentary.

autem non acceperit, precepto admonitus sentiat infirmitatem suam, ut illo sensu sua infirmitatis, velut adiutorio quodam adjutus, ad implorandum adiutorium gratiae stimuletur. Quae de re superius diximus, cum de lege tractaremus. Hic unus aut alter sufficit Augustini locus. Nam inde est illud Augustini: *Ipsa lex in hoc adiutorium data est illis, qui ea legem utuntur: ut per illam sciant, vel quid infirmitatem acceperint, unde gratiae agant, vel quid adhuc eis desit quod instanter petant.* Quod in verbo modo inferius dicit: *Iuber ideo ut facere iussa coram, & nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiae poscere noverimus; & si quid facere poterimus operis boni, ei qui adiuvat non simus ingrati.* Quia, ut statim adijcit: *Etsi possit, accepta videlicet iam gratia, antiquam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod potest, a quo petendum est, quod nondum potest?* Et in libro de Correctione & gratia:

Ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quantum ad id agunt, sicut agendum est; id est, cum dilectione & delectatione iustitia, suavitatem quam dedit Dominus (id est, gratiam) ut terra eorum daret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autem non agunt, sive omnino non faciunt, sive non ex charitate faciunt, ostent ut quod nondum habent, accipiant. Et libro primo contra Iulianum operis imperfecti preliis: *Convenit autem Scriptura plerumque hominis voluntatem, precipiendo videlicet, consulendo monendo, hortando corripendo, ut quod non habet, & NON POTEST, ADMONITVS SENTIAT, & ab eo a quo sunt bona omnia, indigens poscat.* Quod autem hoc sibi velit, quod precepto admonitus se non posse sentiret, statim explicans subiungit: *Propterea ergo per Prophetam dictum est: SI NOLVERITIS, & non audieritis me, gladius vos comedet; & cetera huiusmodi, ut cum invenissent in se ipsis vitiosas cupiditates ad propellendum in malum, serrent a quo deberent poscere auxilium. Praeceptum est enim instar tacitae cuiusdam interrogationis, qua liberum hominis arbitrium quodammodo exploratur, quantum ad faciendum praecceptum viribus polleat, quasi homini a Deo diceretur, Tu viribus tuae voluntatis seu potius vanitatis inflatus, te satis fortem firmumque putas, ut impleas quod praecipio, dum modo agnovis voluntatem meam: ecce quod iubeo age, experire vires arbitrij tui. Hoc enim idcirco iacit Deus, ut detumescere fastu, gratiae sufficiens a se largiendae capax fiat: Demonstranda enim fuerat, inquit August. homini factus languor eius, cui contra iniquitatem suam, nec praecceptum sanctum & bonum profuit, quo magis aucta est iniquitas quam minuta, quandoquidem lex subintravit ut abundaret delictum, ut eo modo convictus ut que confusus, videret non tantum Doctorem sibi necessariu, sed etiam adiutorem Deum. Et praeccepto suo succedens sanctus Prosper: Nec ob aliud unquam datur praecceptum, nisi ut queratur praecipientis auxilium. Quam diversa sit ista doctrina, & quam ex diametro repugnans eorum imaginationibus, qui divinae severitatis & aeternitatis ad*

perficiendos homines profusus imperiti, nil nisi gratias sufficientes ubique praesentes imaginantur, ipsa verborum facies per se clamat, & late supra demonstravimus & in eodem loco subiicit, cum statim inter illos ipsos, quibus ista & huiusmodi a Dei ministris generatim dicebantur, dicit: *Plures fuisse quos obduratione & desertione indicaverat dignos occulto iudicio, iusto tamen.* Et plurimis alijs locis disertè tradit non solum inculcando, quod lex ipsa SINE GRATIA NON NISI PRAVARICATORES faciat; & quod non solum, *Nemo possit declinare a malo & facere bonum sine spiritu gratiae, sed etiam quod, si illa desit, ad hoc lex adit, ut reos faciat & occidat;* Imò verò quod si gratia desit, videamus etiam obesse doctrinam. *Quis ita procax & perversa esse possit, ut cum qui talia in omnibus libris suis docet, allerat sensibile illam ipsam gratiam sine qua legē dicit inflammasse concupiscentiam praevagationes majoresque doctrinae inimicos effecisse, quatenus per ipsas praevagationes ad gratiam non solum habendam, sed vel agnoscendam accerteretur omnibus donatam esse omnibus assuetis.*

Tertia utilitas est, ut non solum sciant tam boni quam mali quid sibi faciendum sit, sed etiam qui non faciunt, sint inexcusabiles: Ideo data sunt praeccepta, ut homo excusationem de ignorantia non haberet. Nam idcirco & Chrysostomus Dominus de Iudaeis dicit: *Si non venissem & locutus es fuisset peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, illo videlicet, quo cum audissent eum, non crederunt in eum; & ex illi in redulitate crucifixerunt eum.* Et Apostolus ad Romanos dicit eos inexcusabiles esse quibus manifestata per creaturam veritas innotuerat. *Quomodo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione, qua solet dicere humana superbia: si scissem, fecissem, ideo non feci quia nescivi. Aut si iurem, facerem ideo non facio, quia nescio. Haec eis excusatio tollitur, quando praecceptum datur, vel scientia non peccandi manifestatur.* Itaque per praeccepti cognitionem fiunt inexcusabiles peccatores, non tam iudicio Dei quam suo. Dei enim iudicio etiam illi inexcusabiles sunt, qui lege non audita ignorando peccaverunt. Nam ut idem docet: *Dei iustitiam iudicium nec illis parcat qui non audierunt. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt.* Cujus divinae severitatis ratio est, quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, poena peccati, quo tota hominis posteritas inquinata iustissimaque caecitatis poena punita est. Quapropter praeccepti scientia excusationem humanis oculis tollit, ut & ipsi peccantes se inexcusabiles esse videant, dum etiam cognitam legem praevariantur, quam si scient, se impleturos esse iactabant: *Ideo autem, inquit, divina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant ut secundum iudicium superioris sui, quo multum confidunt de viribus propriae voluntatis, se inexcusabiles videant, quia de ignorantia iam non habent excusationem, dum non est iustitia, hoc, est opus iustitiae.*

Lib. 1. oper. imperf. 111.
Lib. de grat. & lib. arb. 1. 19.
Lib. de Cor. & grat. c. 1.

Epist. 107.

Lib. de grat. & lib. arb. c. 2.

Epist. 105.

Lib. de grat. & lib. arb. 1. 2.

Epist. 105.

libid.



causae presumunt sufficere voluntatem. Merito quippe se omni excusatione carere sentiunt, qui vident non scientiam, sed solam sibi deesse faciendi voluntatem. Quod si voluntas praedita carnalium appetituum, ex quibus omnis inobedientiae pernicia proficiscitur, flecti nolit, quis excuset? Quis non vehementer arguendum arbitretur? Tanto quippe culpabilior est, quanto duriore factu ita noluerit, ut nec poterit. Quapropter si durissima peccantium voluntas praecipito non corrigatur, non tamen idcirco praecipitum inutile censei debet. Si enim defectu voluntatis non cedit homini in beneficium, nascitur

Quarta utilitas: quia iusto Dei iudicio vertitur in supplicium. Non enim voluntas superba mediocriter torquetur, quod scientia rerum agendarum instructa, probitatis larvam, quam sibi habere videbatur, sibi detractam proprioque se iudicio ream damnataeque videt. Vnde quidam olim omnibus panis, inquit Augustinus, quas tyrannorum vel crudelitas excogitavit, vel cupiditas pendit, hanc vitam anteponeit, qua cruciantur homines, qui vitia qua vitare non possunt, coguntur agnoscere. Itaque de correptione quae quoddam exhortationis genus est, & similis operationis & efficaciae ut praecipitum alibi dicit: Patiantur ergo homines se corrigi quando peccant, nec de ipsa correptione contra gratiam arguuntur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis iusta poena debetur, ET AD IPSAM PERTINET IUSTA CORREPTIO, quae medicinaliter adhibetur, etiam salus aegrotantis incerta est, ut si is qui corrigitur ad praedestinatorum numerum pertinet: si correptio salubre medicamentum: si autem non pertinet, SIT CORREPTIO PENALE TORMENTVM.

Propter huiusmodi igitur considerationes & causas lex vocata est olim testimonium, ut supra diximus, non solum gratiae implorandae, sed etiam duritiae detestandae quae nullam iustitiam excusari potest. Quae sane testificatio non est inutilis humano generi aut ipsi Deo, quamvis opere non sequente quod praecipitur, quodammodo frustra lex praecipisse videatur. Vnde sanctus Gregorius: Plerumque fit ut cum audientis cor expertibus culpis omnipotentis Dei gratia non repletur, incassum exterius a praedicatoris monetur: quia mutum est os omne quod loquitur, si ille interior in corde non clamet, qui aspirat verba quae audiantur. Et paulo post explicans tamen quomodo non omnino incassum etiam tum loquatur Deus: Nunc est enim, inquit, quod Cum & divina voce admoneri potuit & mutari non potuit, quia exigente culpa malitia iam inuis Deus cor reliquerat, cui fors ad testimonium verba faceret. Porro in istis verbis Augustini quae paulo superius ex capite decimo quarto libri de correptione & gratia citavimus, insinuat nobis

Quinta praecipiti, consilij, exhortationis & correptionis utilitas. Nam quandoquidem ista omnia dirigenda vel corrigenda voluntatis adiutoria communia sint reprobis & praedestinatiis & eorum discretio nobis prorsus

ignota sit, etiam si nullum omnino eorum quos recensimus in obduratis hominibus assequerentur fructum, non tamen idcirco frustra adhibita esse censerentur. Prodesse enim ijs quibus Dei gratia ut proficit, facit, quod quia nobis incertum est, omnibus ista adiutoria adhiberi debent: Nescientes enim, ut Aug. ait, quis pertineat ad praedestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatu affectu ut omnes velimus salvos fieri. Et consequenter admovere omnibus remedia salutis assequenda generalia. Vnde ibidem: Sub isto ergo incerto ex charitate adhibenda est correptio, praecipitum, exhortatio, cuius exitus ignoratur, & pro illo cui adhibetur, orandum est ut sanetur. Quod si nec orantem exaudit Deus, inde in electis nascetur

Sexta utilitas eaque multiplex, primo quia ex praecipiti, consilij & ceteris quae plantando & rigando extrinsecus adhibentur, planissime discunt nihil illa proficere correctioni, nisi Deus per gratiam dederit intrinsecus incrementum, iuxta illud Augustini: Spiritus sanctus operatur intrinsecus ut valeat aliquid medicina, quo adhibetur extrinsecus. Alioquin etiam si Deus ipse utens creatura sibi subdita, in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, sive istos corpora sive istos, quos ipsi similes habemus in sonitu, nec interiore gratia mentem regat, atque agat, nihil prodest homini omnis praedicatoris veritatis. Vnde illud quod alijs non paucis locis tradit: Nisi divina gratia subveniat adiutorium, quid ei prodest copiosum & ornatum cuiuslibet exhortationis eloquium.

Secundo & illud discunt quam caeca, quam dura, quam inflexibilis sit voluntas quam Dei gratia deseruit. Ex quo tercio colligunt, quantam animi submissioe divinae misericordiae gratias agere debeant, quod eos intus ab illorum societate discreverit, quos frustra foris istidem praecipiti & consilij instrui, istidem exhortationibus & minis pulsari vident. Sic enim Deus ex vasis irae notam suam divitias suas in vasa misericordiae. Itaque istud Psalmi tractans, Deus meus demonstravit inimicis meis; hoc est, inquit exponendo Augustinus, quantam circa me habuit misericordiam, in illis mihi demonstravit, circa quos non habuit. Nisi enim debitor suspendatur, minus agit gratias, cui debitum relaxatur. Cum vero nec illos quos excaecatos & obduratos & a divina gratia desertos Scriptura testatur, non desinat jubendo, minando, increpando percellere, accusare, redarguere. Hinc quarto discunt, defectura gratiae Dei nihil omnino ad innocentiam, sed ad cumulandum potius reatum valere. De quo praclare sanctus Aug. tanquam de re inter antiquos gratiae patronos indubitata: Quod vero dicit: Et non dedit Dom. Deus vobis: nullo modo increpans & arguens hoc diceret, nisi ad eorum quoque culpam pertinere intelligi vellet, Nisi QVAM SE EXHOC EXCVSABILEM PVTEt. Simul enim ostendit sine adulterio Domini Dei eos intelligere & obedire non posse oculis cordis & auribus cordis, & tamen si ADIVTO-

RIVM

Lib. de Mal. Lib. 1. c. 9.

Lib. de Cor. c. 1. c. 14.

Lib. 1. de grat. Christi Salvat. c. 12.

Greg. lib. II Moral. c. 5.

lib. c. 11

lib. c. 14

lib. 15. de Civit. d. 6.

lib. 2. mor. lib. 1. c. 10. in p. 1. d.

in psal. 118.

op. 1. c. 10. sup. Dec. 1. c. 10.

RIVM DEI DESIT, NON IDEO A

ESSE EXCUSABILE HOMINIS VI-

TIVM, quoniam iudicio Dei quamvis occulta, ta-

men inusta sunt. Cujus occulta radicem iusti-

tiz, ut aliquo modo Scholasticis tantopere de-

re certissima litigantibus patefaceret, alio in

loco non gratia sufficientem protulit, qua etiam

ceeci oculis, & lapidei corde, hoc est, durissi-

mam habentes voluntatem, & adversus Deum om-

nia inflexibilem, intelligere & obedire possint.

Hæc enim nihil occulta iustitia Dei continet,

sed potius apertissimam hominis consentire

reventis, iniustitiam probat; & non solum

supra citatis verbis ejus ex Deuteronomio, sed

etiam toti doctrinae Aug. Iustinæ moli refraga-

torum: sed illam assertor occultæ iustitiæ ratio-

nem, quam supra dedimus, quia scit Deus, se

scisse hominem rectum ab initio creaturæ: scit

Deus, eum à rectitudine, sua nã. a voluntate deci-

disse, pravumque effectum esse: scit Deus, soli

hominis voluntate factum esse ut ad istam necessitatem

veniret, quam sola voluntate superare non potest: scit

Deus esse inflexibilem peccati penam, quamvis

carnealium oculis mira viceatur, ut amittat

onus quæquo bene uti voluit, cum sine illa posset

difficultate si vellet. Et quid tandem istud est?

Ist est autem ut qui sciens recte non facit, amittat

scire quod rectum sit. Ecce ex. cecatio: Et qui re-

cte facere cum posset, noluit, amittit posse cum vellet.

Ecce obduratio & utrumque divinæ gratiæ

derelictio qua deserti peccatores, non possunt

non esse ceeci corde, durissimi & inflexibiles

voluntate. Hæc igitur primi hominis absque

vitio conditi & ejusdem culpa propria deprava-

vati consideratio, præclarissima illa verba pe-

perit, quibus rationalis creatura itans, à laben-

te discernitur, eademque Dei iustitia in danda

negandaque sufficienti gratia aperitur: Si au-

tem hoc adiutorium vel Angelo vel homini cum pri-

mo facti sunt, desisset quoniam non talis natura

facta erat, ut sine divino adiutorio posset ma-

nerere si vellet, non utique sua culpa

cecidisset, Adiutorium nunquam desisset, sine

quo manere non posset. Nunc

autem quibus dicit tale adiutorium, iam pena peccati

est; quibus autem datur, secundum gratiam datur,

non secundum debitum.

Quia, propter eam sanctus Augustinus (quem

Prosper Fulgentius, & quotquot antiquitus

germani gratiæ gratiæ defensores fuerunt,

magno consensu secuti sunt) nunquam du-

bitaverit, quin peccatores iustissime à divino

adiutorio deserantur, desertique intelligere

& obedire non possint, nec ideo excusabile

sit hominis vitium, quod non intelligendo,

vel non obediendo committit, magno opere

mirari soleo, quid sibi Scholastici velint,

quod tam intrepide assumunt, Deum debere

homini conferre gratiam sufficientem, eam-

que auferre non posse, eo quod alioquin ho-

mo alteri, hoc est, Deo tribuere posset inobe-

dienciam suam, qui adiutorium ei necessarium

denegasset. Nec enim satis videntur modum

advertere quo Deus peccatoribus gratiam suf-

ficientem negat. Non enim hoc ita fit, quasi

Deus debitum aliquid auferret, sed quia ne-

gat indebitum, nec illud quidem quod ante

peccatum conferebat, & naturæ rationali ad

diligendum Deum eoque fruendum conditæ,

quodammodo connaturale erat, sed aliud al-

terius generis, quo natura perditæ reparatur.

Nam istud primum integri hominis adju-

torium, iam post inflictum peccati vulnus insuffi-

ciens factum est, non propter auxiliantis gra-

tia mutationem aut subtractionem, sed pro-

pter naturæ lesionem, quæ non potest am-

plius illa gratia etiam præsentæ adjuvanteque

bonum facere quod ante fecit, nec bonum velle

quod voluit. Malum enim volendo, boni vo-

lendi languorem sibi contraxit, qui concupis-

centia seu creaturarum rerum dilectio nunquam

ut, nec est aliud, ut August. ait, quam desiderium

peccati. Est itaque languor ille quoddam genus

voluntatis, quæ libentissime pertinacissimeque

malum, hoc est, res creatas diligit, nec bonum

quod est Deus diligi sinit, nec aliter potest nisi

bonum diligendo exui atque superari. Ex quo

efficitur ut tale gratiæ adiutorium iam neces-

sarium sit, quo renisus voluntatis opposita su-

peretur, & ipsum bene velle recedatur, quod

per pristinam illam gratiam nequaquam re-

stitui potest. Dicatur itaque tolerabiliter quod

Deus homini, ut primum sine vitio creatus

fuit sufficiens deberet adiutorium, aut alio-

quin sine culpa cecidisset. Sed postquam se-

ipsum impotentem fecit, non gratiæ dimi-

ntione, sed naturæ violatione nec amplius Deo,

etiam idem auxilium largiente, idem iam se sua

voluntate potest, quod illa se potuit. Quis se-

rat ut Deus homini sufficientem volendi boni

faciendique gratiam debere dicatur? Hoc enim

nihil est aliud dicere, quam quod Deus debet

homini peccatori, non solum eandem illam

gratiam suppeditare quam ante peccatum

contulit, sed etiam naturæ lapsæ vires quibus

concupiscentiam malæ voluntatis comitem su-

peret, restituere, vulnus inflictum tollere, ho-

nam voluntatem reddere, atque ut velit & fa-

ciat, operari; aut certe nisi tanta indebita be-

neficiâ peccatori largitur Deus, quocunque

sele mala damnataque verterit, per omne libi-

dinum genus sine culpa rapiendam? Non enim,

ut dixi, ullo modo sufficit prior gratia, quam

ante peccatum Deus homini conferebat, &

etiamnum omnibus conferre paratus est si vo-

luntatem ejus ului sufficientem reperiret; sed

alia redemptoris gratia lapsis viribus propria

impartienda est, quæ nisi ipsum bonum velle

recedat & facere, propter inmanentem mali se-

mel suscepti voluntatem, peccator amissum

bonum velle non potest. Quod si Schola-

stici falsissimum, absurdissimum, & impiissi-

imum, & Christianæ fidei contrarium esse

concedant, quid aliud consequetur quam pec-

catorem sibi magnum prævillegium peccando

meruisse, ut qui ante peccatum culpabiliter

dingebat & faciebat malum, post peccatum

Deo idem auxilium conferente, sine culpa

per scelera, facinoræque volutetur, eoque mi-

nius peccet quo malum ardentius ac tenacius

diligat

lib. de perf.
infr. cap. 6.

diligat? Nisi forte per aliud precipitium evadere velint, ut dicant, Deum commisso jam peccato, leges suas aeternas de diligendo & faciundo bono, cavendoque malo abrogare debuisse, ne forte eadem pravarietoribus, quae innocentibus praecipiendo, jam impossibilia jubere, tyrannica crudelitate censeretur. Quod si tales imaginationes sua se satis absurditate refellendo interimant, agnoscant atque fateantur, posse Deum idipsum homini post peccatum aeterna sua lege jubere, quod ante peccatum jussit; quamvis ei jam propria culpa factum sit impossibile; nec teneri ipsi conferre magnum illud redemptionis adiutorium, quod hominem nolentem velle facit & facere, quamvis propter contractam voluntatis agritudinem, nullum aliud jam sufficiens sit; nec peccatorem jam sine culpa peccaturum, quamvis sine illo magno adiutorio peccatum jam vitare propria & cul-

pabili volendi infirmitate non possit.

Quapropter non est illusoria quoque Dei vocatio, & admonitio, & increpatio, & correptio, quam peccatoribus vel per seipsum, vel per Prophetas suos, vel per visibilem caeli terraque machinam, divinae sapientiae, potentiae, bonitatisque testimoniis plenam adhibet. Tribuit enim quidquid creaturae rationali a se conditae ad audiendam sequendamque vocem suam necessarium fuit. Quod si ipsa merito propriae iniquitatis obduruit, & ita pervicaciter in rebeli voluntate persistat, ut reverti nolit, nisi alio potentiori auxilio ipsum velle tribuatur, quis nisi imperitus atque impius dicat, Deum vocando, monendo, corripiendo illudere peccatoribus? Culpa enim ipsorum est, qui in suscepta semel voluntate mala, durissime permanent; quod admonitiones suo effectu careant.

C A P V T XVIII.

Solvuntur quaedam Scripturae loca, quae pro asserenda gratia sufficienti proferuntur, ut, *Quid debui ultra facere vineae meae &c.* Et, *Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent.*

EX his etiam non est difficile quaedam Scripturae loca exponere, quibus nonnulli istam perpetuam gratiae sufficientis assidentiam probari putant. In quibus istud primum est, quod Deus apud Isaiam dicit: *Quid est quod debui ultra facere vineae meae & non feci ei?* Vbi in primis miror quo iudicio locus iste ad hoc propositum adducatur. An forte. Ut gratiam novi Testamenti, sine qua nullus Deo credere, a peccato resurgere, divinisque mandatis de Deo diligendo, beneque vivendo obtemperare possit, peccatoribus etiam debitam esse probent? Si enim non est debita sed gratuita, & absque iniustitia negari potest, ut quid urgentur verba, quibus Deus per Prophetam clamat: *Quid debui ultra facere vineae meae?* Si enim hoc recte urgetur, manifestum est incarnationis gratiam per quam a lapsu suo resurgere possint, peccatoribus esse debitam; nec potuisse Deum humanum genus sub propria iniquitate derelinquere, vel derelictum de duritia iniquae voluntatis increpare, quam sibi male volendo pepererat. Nam secundum Doctorum istorum intelligentiam. Deo timendum erit, ne respondeant; *Quid nos oburgas, qui pro nobis noluit mori, ut nobis gratia bonae voluntatis, quam abjecimus, redderetur?* Quod si stultum est cogitare vel dicere, agnoscant non sapienter pro gratia peccatoribus asserenda illa verba proferri, *Quid debui facere vineae meae?* Attendantque verissime profundissimeque dixisse Augustinum; *Primam esse causam, cur oburgati, quod sint inobediens Deo, sibi debeant displicere, quia fecit Deus*

A *hominem rectum ab initio humana creatura, & non est iniquitas apud Deum. Ac per hoc prima pravitas, qua Deo non obediatur, ab homine est, quia ex consuetudine, in qua cum Deum primitus fecit, sua mala voluntate deviens, pravus effectus est. Non enim defectus vel subtractio gratiae, quam homini recto Deus tribuebat, non difficultas interna praceptorum, non operum supernaturalitas, extra ordinem requisita, sed sola pravitas illa voluntatis vera causa est, cur homo praecipienti Deo obtemperare non possit. Haec enim efficit ut quamdiu non redditor homini voluntas bona, quam petulanter abiecit, quaeque sine maxima & gratuita gratia reddi nequit, illa eadem pristina gratia etiam praesente, praecipia sint ei difficilia naturamque corruptam superent, ita ut ea velle & implere non possit. Duritia quippe, hoc est constantia seu pervicacia susceptae pravitatis, maleque voluntatis facit, ut praedilectine mortifera qua perfunditur, eam in bonum retorquere non velit, aut non ita velit ut possit. Quod tantum abest ut excuset peccatoris voluntatem, ut majori potius oburgatione & increpatione & poena dignam esse conviciat.*

Adferunt & illum locum sancti Ioannis: *Si non venissem & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et rursum: Si opera non fecissem in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Ex his inquit & similibus locis colligitur, homines accusari non potuisse de peccato, si a Deo non habuissent auxilia quae ad operandum sufficienter.*

Sed

Lib. de Cor. rept. & grat. cap. 6.

Gen. 15. Franc. Sub. rex lib. 3. de amplexu. 6.

Sed respondetur loca ista obtorto collo ad sufficientiam gratiæ significandam trahi. Sensus plenissimus est, quem diversis occasionibus Augustinus indicavit, excusabiles fuisse futuros Iudæos à peccato, non quolibet, sed isto magno quo Christo præsentem & loquentem & miracula facientem non crediderunt, eumque ex tali incredulitate peremerunt. Excusasset enim eos ignorantia, quemadmodum & in hodiernum usque diem ab incredulitatis peccato excusat eos, qui nihil de Christi doctrina & miraculis perceperunt. De hoc loco, id est, de hac peccati excusatione dissentientem audiamus: Non utique, inquit, peccatum nullam habent, qui pleni erant alijs magnum multique peccatis: sed hoc peccatum vult intelligi non eos habituros fuisse, si non venisset, quoniam audissent enim, non crederunt in eum. Hanc excusationem non habere asserit, quæ possumus dicere, Non audimus, ideo non credidimus. Humana quippe superbia, tanquam præsumens de viribus liberi arbitrii, excusationem se putat, quando ignorantia, non voluntatis est, quod peccat, secundum hanc excusationem inexcusabiles dicit scriptura divina, quoscunque sciens peccare convincit. Et in libris ad Bonifacium eodem allegato Ioannis loco, quo peccatum non habituri esse dicuntur: Non enim, inquit, peccatum antea non habebant: sed ipsam voluit intelligi dissentiam, quæ nec præsentem & loquentem crediderunt. Et in libro de gratia & libero arbitrio: De quo peccato dicit, nisi de illo magno quæ præferebat eorum futurum quæ de ista dicitur, ad est, quo cum fuerunt occisuri, Ex illa infidelitate, quæ præsentem non crediderunt: Et paulo post: Quomodo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione quæ solet dicere humana superbia: si eorum fecissem, ideo non feci quia nescivi. Aut si scirem facerem ideo non facio quia nescio. Et in Tractatu octogesimo nono in Ioannem, ubi locum ex profecto explicat: Quæ est ergo: Si non venissem, & locutus es fuissem, peccatum non haberent. Non quid sine peccato erant Iudæi, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatum, non omne peccatum, quasi sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatum quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata. Hoc est autem quia non crediderunt in Christum qui propterea venit, ut credatur in eum. Hoc peccatum si non venisset, non utique haberent. Et simili modo statim adiecit & illas gentes ad quas non venit, sive per se ipsum sive in Discipulis Christus, hoc est, quibus nullo modo prædicatus est Christus, excusationem habere de peccato; non de omni, inquit, peccato suo, sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt; ad quos non venit, & quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero, si

ad quos in Discipulis venit, & quibus per discipulos est locutus. Ex qua sanè doctrina manavit illa Scholasticorum regula, qua dicunt. Infidelitatem purè negativam non esse peccatum.

Hæc sanè perspicuè demonstrant locum istum Ioannis, qui objicitur, nihil omnino ad propositum facere. Quod si fortè velint à simili arguere, quod, si ignorantia excusat, & impotentiam excusare debere. Respondetur, impotentiam quæ ex culpabili defectu gratiæ proficiscitur, etiam esse culpabilem, sicut & ignorantiam quæ ex culpabili defectu cognitionis. Nam hinc oritur quod iuxta constantissimam Augustini & Ecclesiæ doctrinam, etiam illa vera peccata sunt, quæ ex ignorantia legis naturalis, sive iam illa facta sit homini vincibilis, sive invincibilis, proficiscuntur, prout alibi fidelissimè ex istdem Augustini & Ecclesiæ principijs declaravimus. Quod si ignorantia vel impotentia non sit culpabilis, quod ex eis nascitur desinet esse peccatum. Talis est enim illa ignorantia, qua quis non credit Christo, de quo nihil audit. Talis & impotentia si homini primo sufficiens adiutorium defuisset, sine quo permanere non possit. Nam utraque tam ignorantia quam impotentia talis, à libera Dei pependisset voluntate, utpote cuius neque consilium scire per seipsam creatura rationalis potest, nisi reveletur, neque adiutorium sine quo nihil potest, sibi dare nisi ejus bonitate tribuatur. Nunc autem quod homo naturalis legis ignarus, & cæcus, & carnis; hoc est, carnalium rerum cupiditati subditus nascitur, ex quibus fit ut neque quid agendum sit videat, neque quod agendum videt velit aut possit implere, pena peccati est; nec ita poena quasi adiutorium, quod ei antea largiebatur Deus, subtrahendo tolleretur, sed qui potentius crucis & mortis Christi adiutorium, quod ei nunc post vulnera necessarium est, iustissimè æquitate non datur. Nam illud pristinum primæ integritatis auxilium, quo veritatem agendorum cernere, & agenda implere sufficiebat, quantumlibet nunc fractis viribus abundaret & superflueret, nullo pacto ad faciendam iustitiam sufficeret aut congrueret; sed potentissima illa sanguinis Christi & redemptionis medicina, quæ vulnerato quassatoque sola sufficit, necessaria est, quemadmodum latius alibi disserimus. Ut sanè nihil mihi absurdius, & à Christiana regula alienius dici posse videatur, quam quod Deus hominibus etiam peccatoribus sufficiens adiutorium dare teneatur, aut nisi dederit, peccando iam esse excusabilem peccatorem, aut Deum leges suas quas ei integro dedit debere temperare aut abrogare.

CAPVT XIX

Quomodo Deus neminem deserit
nisi deseratur.

OBIICI & illud solet, quod Deus non deserat si non deseratur. Ergo nemini denegat auxilium sufficiens si non ante desertus fuerit. Respondetur sententiam illam haberi in Concilio Tridentino & ex divo Augustino desumptam esse. Tam verò Tridentinum quàm Augustinus perspicuè indicant se sic illam intelligere, quod Deus neminem deserit ab eo discedendo, ipsa scilicet subtractione iustitiæ, nisi homo prius Deum per inobedientiam deserat. Quod ex diversis Augustini locis, ubi illam sententiam vel fundamentum eius tangit, evidenter liquet. Nam Augustinus in illo ipso loco ponit hanc differentiam inter animam nostram medicum Deum, & inter medicum corporum; quod medicus corporum cum sanaverit hominem, ABSCEDIT AB EO, AC DEO DIMITTIT: cum verò Deus, inquit, spiritaliter sanat egrum vel vivificat mortuum, id est, iustificat impium, NON DESERIT SI NON DESERATUR, ut pie semper iusteque vivatur; Hoc est, non discedit ab eo quem iustificat, sicut medicus corporum, sed manet in eo, quia ipsemet est vita eius, sine qua impossibile est animam esse iustam aut vivam. Hunc esse genuinum Augustini sensum, tum per se ipsum liquet, tum ipse perspicuè in alijs declarat locis, ubi eandem corporalis & spiritalis medici corporaliter & spiritaliter vivificantis comparationes adhibet. Nam libro octavo de Genesi ad litteram fusè similiter tradit, non sic hominem à Deo iustum & sapientem fieri, ut cum ab eo FACTVS FVERIT IUSTVS ABSCEDAT, sicut à corporis medico SANATUR ET ABIT. Non ita, inquit, Deus operatur hominem iustum, id est iustificando eum, ut si ABSCESSERIT maneat in absente quod se: sed potius sicut aer praesente lumine non factus est lucidus, sed sic, quia si factus esset non fieret, sed etiam absente lumine lucidus maneret: sic homo à Deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur, à quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione disceditur. Et in Psalmum septuagesimum radicem diversitatis istius detegit, nempe quia medicus corporum non est ipsa vita & sanitas corporum, Deus est autem ipsa vita animæ. Vnde ut corpus vivat, non est necesse, ut medicus eius praesto maneat, aut ut corpus eo discedente moriatur, quemadmodum necesse est ut anima moriatur discedente Deo. Et ideo nunquam deserit, nisi hominis aversione deseratur: Qui suscitavit mortuum, inquit, secundum corpus reddidit eum luci huic videndæ, & huic aeri ducendo: non autem suscitator eius ipse illi lux & aer est. Incipit videre quemadmodum videbat antea. Anima non sic exsuscitatur. Anima enim exsuscitatur à Deo, quanquam & corpus exsuscitatur à

A Deo. Sed Deus quando exsuscitat corpus mundo reddit. Si recedat aer mundi istius, movitur corpus: si recedat Deus movitur anima. Cum ergo animam suscitavit Deus, nisi adsit qui suscitavit, suscitata non vivit. Non enim suscitavit & dimittit ut vivat sibi, sicut Lazarus quando resuscitatus est &c. Resuscitatus est Domino praesente, sed vixit & Domino absente &c. Discessit de ipsa civitate Dominus; vel de illo loco, numquid Lazarus non vixit? Non sic anima suscitatur. Suscitavit illum Deus; movitur si discesserit Deus. Dicam enim audacter fratres, sed tamen verum. Dna vita sunt: una corporis, altera animæ. Sicut vita corporis anima, sic vita animæ Deus. Quomodo si anima deserat, movitur corpus, sic anima movitur, si deserat Deus. Ipsa est enim gratia eius, ut resuscitet, & sit nobiscum. Vides hic eandem comparationes, quod videlicet medicus vel suscitator corporum deserit suscitatum, suscitator animæ non deserit, quia cum sit ipsa vita & lux eius, mox iterum moreretur. Secundum hunc igitur deserendi modum, Deus neminem deserit, nisi prius deseratur. Itaque tractans illum locum Genesim: In quocumque die comederis ex eo morte morieris, & quæ ibi mors intelligatur exponens: Si eam, inquit, solam intelligamus, qua sit cum anima deseritur sua vita, quod illi Deus est (NON ENIM DESERTA EST UT DESERERET, SED UT DESERERETUR DESERVIT) tanquam diceret quæ de me deserueritis per inobedientiam deseram vos per iustitiam &c. Vbi declarat per exemplum Adami quomodo Deus non deserat nisi ante deseratur. Nempe quia non discedit ab anima Deus tanquam vita eius, nisi ipsa peccando discesserit. Sic enim statim Adamo peccante & pudenda tegente, sensa est, inquit, mors una, in qua deseruit animam Deus. Et alibi cum explicuisset ita Deum esse vitam animæ quæ ipsa vivit, sicut anima corporis vita est, & si corpus laethaliter percussatur, anima deserat corpus suum, adiecit: Non times Deum dicentem tibi: PECCAS ET DIMITTO TE? Peccatum est enim velut laethalis ictus, quo vita animæ Deus pellitur. Sicut ergo perspicuum est, Augustinum ita suam sententiam intelligere, ita etiam Concilium Tridentinum. Agebat enim de iustificatis, quos tradit propterea non delinere esse iustos, quia subinde venialiter peccant. sed è contrario, hoc ipso magis esse obligatos ad ambulandum in via iustitiæ, quo liberati à peccato sobrie, iuste, & pie viventes proficere possint per IESVM Christum, per quem accessum, inquit, habuerunt in gratia istam, videlicet liberationis à peccato & iustificationis: & statim adiecit: Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Per hoc probans id quod præcellerat, eos propterea non desinere esse iustos, quod quotidie peccata

Trid. Sess. 6.
cap. 11.
Aug. lib. de
nat. & grat.
c. 26.

Loco citato.

Lib. 8. de
gen. ad lit.
cap. 12.

In Psal. 70.
Con. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

peccata committant venialia, quia Deus non abscedit ab anima per gratiam suam iustificata, nisi anima eum ante mortaliter peccando deseruerit.

Hunc ergo verum sensum esse Concilij, maximèque sancti Augustini, ex quo phrasia ista & verba derivata sunt, facile iudicabit quisquis consideraverit, eum hoc loquendi modo significare voluisse differentiam, quæ est inter Deum bonum animæ nostræ, & inter alia creata bona, quæ ab hominibus diligi solent. Nam ista creata bona huiusmodi sunt, ut quantumlibet ea vehementer amaveris voluntate, & retinere volueris, invittissimè sæpè deserant; Deus vero tale bonum est, ut invitum nullo modo deseratur sit; non enim deserit hominem nisi ipse ab homine prius propria voluntate deseratur: Hoc est, bonum, inquit, quod non potes invitum amittere. Potes enim aurum perdere & volens; potes domum; potes honores, potes ipsam carnem salutem boni vero quo vere bonus es nec invitum accipis nec invitum amittis. Et in libris confessionum soatum cum late descripsisset dolorem suum quo cruciabat, quando morte amicum rapiente, ab eo desertus fuerat, Deum alloquens: Te, inquit, NEMO AMITTIT nisi qui deserit. Hoc est tu non deseris quemquam, nisi te voluntate sua deseruerit. Et evidentius adhuc paulo post: Verbum ipsum (Deus) clamavit ut redeas ad te, & ibi est locus quietis imperturbabilis ubi non deseritur amor, si ipse non deserat. Hoc est ubi amor amantis non deseritur ab objecto quod amat, nisi ipse amoretur, ut propria voluntate Deum amatum deserat. Ecce hanc ipsam sententiam bis terve clare repetitam eo sensu à sancto Augustino, quem tetigimus. Nempe discrimen inter Deum & bona creata statuit; quod hæc deserant amantem discedantque quamvis nolit, ille neminem amantem deserat, nisi invito velit, imo nisi invito discedat unde statim nullis verbis interjectis adiicit: Ecce ille (creata) discedunt, ut alia succedant, & omnibus suis partibus trahit infirma universa, quia modulus eorum est, quemadmodum ibidem docet; ut orientur & occidant, & quanto magis crescant ut sint, eo magis festinant, ut non sint. Sic ergo ut infirma constet universitas, quæ omnia complecti debet, necessarium est ut nos illa deserant, quantumlibet ea nobiscum permanere desideremus. Deus autem non sic, quia nusquam discedit: ex quo etiam fit ut neminem deserat, nisi ab ipso ante maiã voluntate deseratur. Iste verus & genuinus est sensus istius locutionis quam Augustinus vel expressis verbis vel tacitis non semel & ex ipso discipuli ejus & Synodus Tridentina usurpavit.

Nam si desertionem Dei, quæ fit actualis gratiæ subtractione, spectare voluerimus, nimis enormiter ab Augustini mente discedunt, qui ei istud paradoxum, & quidem postquam per Adami lapsum, in statum damnationis & iræ Dei, præcipitati sumus, imponere volunt. Tota quippe mole doctrinæ hoc agit, Deum

A adjuvare, & non adjuvare hominem, hoc vel illo modo, plus aut minus deserere aut non deserere, prout ei visum fuerit, quia spiritus ubi vult spirat. Quæ de re multa in superioribus dicta sunt. Nihil enim celebrius in Augustino quam quosdam à divino adiutorio deseri etiam iustos ex occultis iudicijs Dei. Nam ad quid quæro fideles omnes tanta instantia orant Deum, ne inferantur in tentationem, hoc est, ne deserantur adiutorio ejus, si nemini iusto accidit, ut Dei adiutorio deseratur? Stultum est enim orare ne eveniat quod nunquam evenit; sicut stultum esset orare ne Christus nos in hostia consecrata deserat, quam nunquam deserit. Hinc Augustinus explicans vim istius orationis: *Vi non consentiamus (concupiscentiæ) deprecamur adiutorium discientes: Et ne nos inferas &c. ut si forte tentari experimus à concupiscentia nostra, adiutorio eius non deseramur, ut in eo possumus vincere ne abstrahamur illi.* Et sermone nono de diversis: *In illa tentatione qua quisque decipitur, & seducitur, neminem tentat Deus, sed plane iudicio suo alio & occulto quosdam deserit, cum ille deseruerit, invenit quid faciat tentator. & non enim invenit adversus se luctatorem, sed contra: ille se exhibet possessorem, si deserat Deus. Ne deserat ergo nos, ideo dicimus, ne nos inferas in tentationem, De qua desertione superius.*

Lib. 2. de peccatis, c. 4.

Serm. 9. de diversis, c. 9.

Sed hoc est quod hæc de re, non ut oportet, cogitantes fallit homines, & admirari quodammodo facit severitatem Dei. Non enim animadvertunt, gratiam Christi medicinalem quæ post humanæ naturæ lapsum ad bene vivendum sufficit; non esse talem qualem primi hominis fuit; quæ videlicet asserret quandam bene vivendi potestatem, qua tamen per solum nutum voluntatis liberum, nulla concupiscentiæ repugnantia præcedit, uteretur aut non uteretur ut vellet; sed esse talem, quæ quando datur, ipsum velle & operari tribuit, non amplius quàm nutum voluntatis expectando sed ipsum invictè largiendo. Non est enim amplius adiutorium, sine quo non possumus velle vel operari, sed quo volumus & quo operamur; hoc est, ut Augustini phrasia utar, non solum ut sine isto dono volentes & operantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi volentes & operantes sint. Hanc Augustini doctrinam si rectè apprehenderent, statim cernerent, nihil ab surci esse, si talis gratia sufficiens non detur iustis, sed potius perquam absurdum esse si omnibus detur, multoque absurdius (ut quidam ex ipsis putant) quod omnibus etiam debeatur. Hoc enim nihil est aliud, quam omnibus quibus Deus iustitiam dedit, perseverantiam simul esse conferendam. Non cogitant etiam, ad hoc ut infidelis peccet, aut fidelis ex iustitia cadat, nullo modo Dei gratiam in statu naturæ lapsæ esse necessariam, multoque minus debitam, ut impediatur casus ejus. Quæ quia alio loco latius dicta sunt, non est repetitio eum radio lectoris immemorandum.

non potes invitum amittere. Potes enim aurum perdere & volens; potes domum; potes honores, potes ipsam carnem salutem boni vero quo vere bonus es nec invitum accipis nec invitum amittis.

discedunt, ut alia succedant, & omnibus suis partibus trahit infirma universa, quia modulus eorum est, quemadmodum ibidem docet; ut orientur & occidant, & quanto magis crescant ut sint, eo magis festinant, ut non sint.

etiam fit ut neminem deserat, nisi ab ipso ante maiã voluntate deseratur.



CAPVT XX.

Exponitur locus Apostoli: Deus omnes homines vult salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.

Ad Timoth., 2

SEd ommissis alijs authoritatibus Scripturarum tanquam quæ non magni momenti sint, præcipue locus Apostoli ex Epistola prima ad Timotheum urgeri solet, ubi dicitur quod Deus omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nam istum locum de omnibus omnino intelligi volunt, ex duplici probatione. Prima, quia ut ait Apostolus, unus est Deus, videlicet, omnium; quo nemine cura & providentia paterna in omnes significatur. Secunda, quia unus mediator Dei & hominum, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus; quo videtur indicari sufficiens auxilium omnibus esse preparatum. Quomodo enim, inquit est omnium redemptor, si non impetravit omnibus auxilium quo possint liberari?

Quod si ab auctoribus istis quærat, quomodo ergo non omnes salvi fiunt, si Deus velit omnes salvos fieri, cum ejus omnipotentissimæ voluntati nihil resistere possit? Respondent, Deum omnes velle salvos fieri, si & ipsi homines velint, hoc est, si divina gratia cooperari velint. Dicunt enim divinam istam voluntatem includere conditionem in obiecto quia salvare vult hominem, si homo velit. Quod eadem & alij dicere solent, Deum omnes homines velle salvos fieri, quantum in ipso est. Cum enim gratiæ efficaciam in actu secundo à libero arbitrio, seu à voluntatis consensione pendere sentiant, nihil mirum est, si homo consensit nolit, hominem non fieri salvum, quamvis Deus eum, quantum in ipso est, salvum fieri velit.

a Ita Bellar. lib. 2. de gress. & lib. arbit. cap. 5. b Suarez lib. 4 de prædest. cap. 2, n. 11 c Ibid. n. 5. & c. 1, n. 4. Item Lesius lib. de prædest. & reprobat. Sect. 6, n. 66. & alij communiter.

In c. 2. Epist. 2. ad Timot.

In illum locum.

Lib. 4. cont. Jul. cap. 8.

Sed contra istam illius Apostolici loci explicationem multa dici possunt quibus proceditur eam non esse genuinam, imo contrariam divinæ gratiæ sinceritati. Nam primo, quod non exiguum illi interpretationi præjudicium facit, sic explicaverunt eum hostes gratiæ Pelagiani & Semi-Pelagiani. Fons enim erroris istius Pelagius, in commentario Epistolæ istius ad Timotheum explicat, Deum velle omnes salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, si ipsi tamen vocanti Deo consentire voluerint. Et Ambrosiaster, seu commentator in Epistolas pauli, qui nomine Ambrosij circumfertur, & hæresi Pelagiana undique refertus est: Vult Deus omnes homines salvos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic vult ut volentes salventur, sed vult illos salvari, si & ipsi velint. Et Iulianus eundem sensum non obscure tangit quando adversus Augustinum dicit: Ab eo palam vult aperiri qui omnes homines vult salvos fieri & in agnitionem veritatis venire. Indicat enim idcirco voluntatem illam Dei effecta suo cessitui, quia deest conditio quæ ab hominis libera voluntate suspenditur, ut videlicet & ipse velit, pe-

tendo, quærendo, pulsando quod in ipsius positum est potestate. Sic enim exponit ejus verba sanctus Augustinus; ut videlicet intelligamus docentibus vobis, ideo non omnes salvos fieri & in agnitionem veritatis venire, quia ipsi nolunt petere eum Deus velit dare, nolunt querere cum Deus velit ostendere; nolunt pulsare cum Deus velit aperire. Eodem modo exposuerunt Massilienses apud Prosperum & Hilarium & Faustum Regiensis, ut alibi demonstravimus, & ipse sanctus Augustinus, quando in Semi-Pelagianorum errore fuit. Nam ex isto errore loquitur, quando jam correctus ex objicientis ad disputantis persona dicit: Vult autem Deus omnes homines salvos fieri & in agnitionem veritatis venire: non sic tamen ut eis a. inat liberum arbitrium &c. Quod non aliud est quam si diceret vult omnes salvos fieri, si tamen ipsi suo arbitrio velint. De quo loco ex errantium sententia prolato superius plura diximus. Hoc est igitur primum expositionis istius non leve præjudicium quod omnibus de gratia errantibus placeat. Hoc ipso namque quo divinæ operationis efficaciam ab humana voluntate suspendunt, id est, hoc ipso quo gratiam Christi volunt non esse qua sit, opus, sed sine quo non fit; in illam expositionem coguntur incidere, ut Deus quantum in ipso est omnium salutem velit & operetur. saluus tamen est etus homine dissentiente non sequatur. Quam propterea phrasim etiam Vitalis Carthaginensis cum Semi-Pelagiano errore teneretur, caute usurpavit, & diligenter expressit: Operatur quippe ille, quantum in ipso est ut velimus, cum nobis nota fuerit eius eloquia: sed si eis acquiescere nolumus, nos ut operatio eius nihil in nobis prosit, efficiamus.

Secundum ejus præjudicium est, quod omnes antiqui & genuini defensores gratiæ illam expositionem tanquam dissonantem à veritate reprobant. Inter quos primus est sanctus Augustinus, qui nunquam illam nisi quando Semi-Pelagiano errore sollebatur, admittere voluit. Hinc eam ex professo impugnat in libro quarto contra Iulianum, in Enchiridio ad Laurentium, & in præfata Epistola ad Vitalem, ubi dicit eos qui hoc tam generaliter de omnibus exponunt, Non intelligere omnino quæ locutione sit dictum, quod Deus omnes vult salvos fieri. Secundus est Prosper divinæ gratiæ patronus integerrimus; Et ubi est illud quod nobis quasi contrarium a non intelligentibus semper opponitur quod Deus omnes homines velit salvos fieri? &c. Ecce audis, non intelligentes, qui locum in ista quæ per liberum arbitrium cõtrahitur, generalitate premunt. Tertius est sanctus Fulgentius Prospero & Augustino consentiens: Illud vero Apostolicum ubi & dicitur:

Lib. 4. cont. Jul. cap. 8.

Lib. 2. de gress. & lib. arbit. cap. 5.

Lib. 4. de prædest. cap. 2, n. 11

Lib. 4. cont. Jul. cap. 8.

Epist. 207.

Lib. 4. cont. Jul. cap. 8.

Epist. 207.

Prosper in Epist. ad

Fulgent. in lib. de incat.

lib. 4. cont. Jul. cap. 8.

Handwritten marginal note in Latin script.

372
 dicitur: Qui vult omnes homines &c. non sicut oportet intelligunt, qui hanc Dei voluntatem sicut in vasis misericorditer, sic & in vasis irae accipiendam existimant. Omnes tres uno consensu profitentur, eos non intelligere scripturam, qui illam salvandi voluntatem indifferenter ad universos, sine exceptione protendunt. Ut sane mirum sit, recipientiores tam perveraciter tres illos præcipuos gratiæ defensores abijcere tantumque non condemnare & eorum sententiæ opinionem errantiam anteferre. Quod enim existimant Augustinum tandem expositionem eorum in libro de Spiritu & littera amplexum esse, jam supra diversis locis eos falli, & obiectionem Pelagianam pro solutione arripuisse, demonstravimus. Prosper quoque nunquam eorum opinionem, ne quidem in libris de vocatione gentium docuit, ut fusius alibi quoque declaratum est.

Tertium istius expositionis præjudicium est, quod ejus falsitas gravibus argumentis refelli potest, & passim ab Augustino refellitur. Primum quidem, quia illa ipsa conditio quam adjungunt, si homines velint aut consentiant, non minus pendet à voluntate Dei quam ipsa salus. Non enim potest ab humana voluntate præstari, nisi divina voluntate præstetur, hoc est, nisi à Deo detur, ut velint, ut gratiam accipiant, ut consentiant. Unde illud Augustini: *Quæ iam voluntas voluntatis arbitrio nisi eo volente ac subveniente a quo præparatur, hoc est, datur voluntas, velle non possunt.* Unde alibi similem expugnans conditionem, quam Pelagiani divinæ gratiæ operationibus adijciebant: *Quare, inquit, non omnes docet? Si dixerimus quia nolunt discere, quos non docet, respondebitur nobis, & ubi est quod ex dicitur, Domine tu convertens vivificabis nos? Aut si non facit volentes ex nolentibus Deus, quid erat Ecclesia secundum præceptum Domini pro persecutoribus facta? &c. Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut Deus operetur in illis & velle? Cum igitur ista conditio, propter ejus defectum non omnes salvi fiunt, Deo misere datur, frustra dicitur, Deum omnes omnino velle salvos fieri, si ipsi velint, si ipsi consentiant, si ipsi divinæ gratiæ cooperentur.*

Deinde ista expositio refellitur, ex causa parvulorum qui sine baptismo, & consequenter sine salute & veritatis agnitione moriuntur. Constat enim eos per aratum velle aut consentire non posse, quibus tamen non providet de baptismo, sine quo salvi fieri nequeunt. Quod argumentum sapius adversus istam loci Apostolici explicationem Augustinus urget: *Sed hunc sensum vestrum, ait adversus Pelagianos, infantes illi ipsa sua tacturitate convicunt, qui nec perunt, nec querunt, nec pulsant, imò etiam cum baptizantur reclamant, respiciunt, reluctantur, & accipiunt tamen, & inveniunt, & aperitur eis, & imitant in regnum Dei ubi sic eis æternitatis salus, & agnitio veritatis, longe pluribus infantibus in istam gratiam non adopratis ab eo qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quibus dicere non potest, vult & noluisse: quia si voluisset,*

A quis eorum qui nondum habent voluntatis sue arbitrium, voluntati eius omnipotentissima resistit. Et paulo post: *Si Deus omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed adeo non veniunt, quia ipsi nolunt: cur tot millia parvulorum, qui non percepto baptismo moriuntur, non veniunt in regnum Dei, ubi est certa agnitio veritatis? Numquid aut homines non sunt, ut non pertineant quod dictum est, omnes homines? Aut aliquis potest dicere, Deus quidem vult, sed ipsi nolunt, qui nondum velle seu nolle ista noverunt? Et in Enchiridio ad Laurentium id ipsum argumentum premit: Quando quaeritur causa, cur non omnes salvi fiant, responderi solet quia hoc ipsi nolunt. Quod quidem de parvulis dici non potest, quorum nondum est, velle seu nolle. Ex quo constat Augustini iudicio proflus falsam esse in parvulis istam recentiorum expositionem, qua dicunt, Deum omnes homines velle salvos fieri, si homines velint, cum isti parvuli qui non salvantur, homines sint, nec Deo volenti salvos facere propriæ voluntatis arbitrio reluctentur, utpote qua proflus carent. caret ergo Deus illa salvandi cunctos parvulos voluntate.*

Hæc igitur considerans Augustinus, non solum negat habere Deum istam omnium parvulorum salvandorum voluntatem, sed etiam sapius exsertis verbis docet, hominibus volentibus quosdam parvulos salvos facere, nolle Deum ut salvi fiant, quos iusto iudicio à regni sui felicitate secluit: *Et quod multo est mirabilius, inquit, aliquando adaptat in filium quem format in utero immundissima femina; & aliquando non vult esse suum filium, quem format in utero filia sua. Ille quippe ad baptismum nescio qua promissione pervenit, ipse repentina morte non pervenit. At quæ sit Deus in cuius potestate sumi omnia, facit esse in Christi consortio, quem formavit in diaboli domicilio, & non vult esse in regno suo quem formavit in templo suo. Aut si vult, cur non facit quod vult? Non enim quod soletis de maioribus dicere, Deus vult & parvulus non vult &c. Et in libro de dono perseverantiæ: *Quid dicam quod parvulus aliquando antequam illi per ministerium baptizantis succurri possit exspirat? Ilerumque festinantibus parentibus & paratis ministris, ut baptismus parvulis datur, DEO TAMEN NOLENTE non datur, qui etiam paululum in hac vita non tenuit, ut daretur. Quid est quod aliquando parvulus infidelium filius PERTVIT ne irent in perditionem, & filius fidelium NON POTUIT baptismate subveiri? Et in Epistola centesima septima ad Vitalem: *Quomodo dicitur, inquit, omnes homines eam (gratiam) fuisse accepturos, si non illi quibus non donatur eam sua voluntate respicerent, quoniam Deus vult omnes homines salvos fieri, cum multis non datur parvulis & sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus, festinantibusque parentibus ministris quoque, volentibus ac paratis, DEO NOLENTE non datur, cum repente antequam datur exspirat, pro quo ut acciperet curretur. Et iterum ibidem consequenter adjuugit: *Unde manifestum est, eos qui huic resistunt, tam perspicue veritati, non intelligere omnino, quæ locutionis sit dictum, quod omnes homines velit Deus salvos****

In Enchirid. cap. 77.

Lib. 6. cont. Tit. c. 12.

Lib. de dono pers. 12.

Epist. 107. ad Vitalem.

Ibid.

salvos fieri, cum tam multi, salvi non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus non vult. Quod sine caligine manifestatur in parvulis. Et iterum in eodem loco monet, cum tam multos Deus noluit salvos fieri, sic exponendum esse verba Apostolica, ut huic aperitissima veritati, in qua videmus, tam multos volentibus hominibus, sed Deo nolente salvos non fieri, contraria esse non possint. Quibusdam vero in locis loco, nolendi dare, utitur verbo negandi, non minus ad expressiorem istius veritatis efficaciam: Cur aliquando propter non filius negatur, hoc bonum, & filius trahitur impiorum? Et iterum: Quia igitur causa huic parvulo baptismum procuravit, illi negavit? Videt, arbitror, lector, quanta contentione sanctissimus Doctor Catholicis persuadere conetur, falsam expositionem esse, qua dicitur, Deum omnes omnino homines velle salvos fieri, quanta certitudine & asseverantia hoc ex parvulis probet, quoties & quam instanter inculcet, Deum non velle, Deum nolle quosdam esse filios suos, talibusque baptismum hominibus volentibus, Deo nolente non dari: Deum non velle, Deum nolle tales salvos fieri: cursum rerum sic ejus providentia & voluntate gubernari, ut eis ministerio baptizantis succurri non possit, ut filii etiam fidelium, festinantibus hominibus, sed Deo nolente non possit baptismate subveniri: Unde tam de parvulis quam adultis alibi dicit: Qui hominibus dat gratiam quibus vult quoniam misericors est: & non dat quibus non vult &c. Et rursus in eodem libro: Parvulis quibus vult etiam non volentibus & currentibus, subvenit: Et nisi vult, etiam his, quos praevidit, si apud eos facta esset, suis miraculis credentes, quibus non vult subvenire non subvenit. Et in libro quarto contra Julianum: Vtrique profundum sit, cur & in maioribus, & in minoribus Deus velit alteri & nollet alteri subvenire. Et alibi in locis pari modo de solis maioribus. Quibus hoc Dominus dare voluit, eius misericordia est non meriti illorum; quibus autem noluerit veritatis est. Vbi de prima hominum conversione loquitur sine qua nemo adultus salvus fieri potest. Et de Tyrijs & Sidonijs, quos Deus praescribat si apud eos factae fuissent virtutes, in cinere & illicio acturos fuisse poenitentiam: Nec utique Deus unquam noluit salvos fieri, cum possent salvi esse si vellent. Nam ut alibi generalissime & securissime dicit: Deus volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium. Cujus doctrinae evidentia exclamare cogit modestissimum Praesulem, quod manifestum sit, eos qui tam perspicue resistunt veritati, non intelligere omnino (quod ipsidem paene verbis Prosper & Fulgentius imitati sunt) qua locutione sit dictum, quod Deus omnes homines velit salvos fieri.

Denique refellitur ista expositio, quia seopo Apostoli manifeste repugnat: Hortatur enim ut orationes pro hominibus omnibus fundantur Deo, utpote qui vult omnes homines salvos fieri. Quod si ergo sensus est, Deum omnes velle salvos fieri quantum in se est, aut, si

etiam ipsi velint, profecto jam non sequitur esse pro omnium salute, rogandum Deum, utpote qui quod suarum est partium jam praestiterit, dato omnibus sufficienti adjutorio, sed admonendi tantum erunt homines, ut auxilio sibi dato uti velint. Ut quid enim dari petas, quod semper praesto, imo jam datum est, & positum in hominis potestate? Hae igitur praetermissa verborum sacrorum expositione, tanquam quae neque veris defensoribus gratiae unquam placuit, sed graviter improbata est, neque verbis Apostolicis congruat, sed ab errantibus introducta & pertinaciter defensa fuit, respondeamus plures & veras & antiquioribus probatas expositiones dari posse, quibus Deus intelligatur, velle omnes homines salvos fieri, nec tan in istiusmodi sufficiens adjutorium, quod recentioribus placuit, contulisse credatur.

Prima igitur expositio est, ut Deus dicatur omnes homines velle salvos fieri, accommodata scilicet distributione, omnes, qui videlicet salvantur; seu quod idem est, quia nemo sit salvus nisi quem Deus voluerit salvum fieri, ideoque rogandus est Deus ut velit, qui necesse est fieri si voluerit, omnipotens enim inaniter velle non potest. Nam de orando Deo agebatur, quem orandum esse pro omnibus, nemine excludo, ex eo recte probat, quia ipse est ille qui vult, & volendo facit omnes salvos fieri, qui salvantur. Simili locutione dicitur Joannis primo, Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non quod omnes illuminentur à Deo, sed quia nemo nisi per ipsum illuminatur. Et prima ad Corinthios decimo quinto: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Id est, sicut omnes qui moriuntur, per Adam moriuntur, ita omnes qui vivificabuntur, non nisi per Christum vivificabuntur. Hanc primam loci nobis propositi expositionem tradidit sanctus Augustinus diversis locis, ut libro quarto contra Julianum: Sic ergo debet intelligi quod dictum est: omnes homines vult salvos fieri &c. quemadmodum intelligitur quod dictum est: per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitae. Quod apostolicum testimonium si eo modo intelligendum putas, ut dicas, omnes, postquam esse pro multis qui iustificantur in Christo, multi quippe alij non vivificantur in Christo, respondebitur tibi, sic etiam illic, ubi dictum est, omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, omnes postquam esse pro multis quos ad istam gratiam vult venire. Quod multo convenientius propter hoc intelligitur dictum, quia nemo venit nisi quem venire ipse voluerit, &c. Omnes ergo qui salvi sunt & in agnitionem veniunt veritatis, eo volente salvi fiunt, eo volente veniunt. Quia est nondum, sicut parvuli, utuntur voluntati arbitrio, eo volente regenerantur, quo creante generantur. Et qui iam utuntur voluntati arbitrio, nisi eo volente ac subveniente, a quo preparatur voluntas, velle non possunt. Et in Epistola centesima septima ad Vitalem: Sicut illud quod dictum est, omnes in Christo vivificabuntur, cum tam multi aeterna morte puniantur, ideo dictum est quia omnes quicumque vitam

lib. ad Rom. c. 6. Ibid.

lib. de dno perf. c. 12.

cap. 11.

lib. 4. cont. Jul. c. 8.

lib. 2. de peccat. meri. cap. 18.

In. En. hirid. c. 95.

lib. de corr. & gratia. 14.

lux. 1.

1. Cor. 15.

lib. 4. cont. Jul. c. 8.

Epist. 107.

375

nam aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo, ita quod dictum est omnes homines vult Deus salvos fieri, cum tam multos nolit salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salvi sunt, nisi ipso volente non fiunt. Et in Enchiridio ad Laurentium uberius ea de re reddita expositionis istius ratione dicitur: Ita intelligere debemus quod scriptum est, qui vult omnes homines salvos fieri, tanquam dicitur nullum hominem, fieri salvum, nisi quem salvum fieri ipse voluerit; non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus fiat nisi velit, & ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. De orando quippe Deo agebat Apostolus, ut hoc diceret. Sic enim intelligimus id quod in Evangelio scriptum est: Qui illuminat omnem hominem: non quia nullus est, hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Eundem sensum probat & in fine vitæ in libro de prædestinatione Sanctorum, ex alterius loci explicatione, quam & familiari illustrat similitudine: Sicut ergo integre loquimur, cum de aliquo, litterarum magistro, qui in civitate solus est, dicimus: omnes iste hic litteras docet: non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunque ibi litteras discit: ita recte dicimus, omnes Deus docet venire ad Christum, non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. Illi autem edocente veniunt, qui sunt electi ante constitutionem mundi, de quibus post pauca verba subrexit: Hos omnes docet venire ad Christum Deus, hos omnes vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quo loquendi modo exponit illud Prophetico à Christo Domino usurpatum: Emit omnes docibiles Deo, hoc est, docti à Deo. Et alibi illud Apostolicum: Per unius iustitiam in omnes homines, in iustificationem vitæ, non quia per Christum omnes iustificantur, sed quia nemo nisi per Christum. Qua phrasi recte dici tradit, Per unam naviam in aliquam domum mirare omnes, non quia omnes mirant, sed quia nemo intrat nisi per illam. Sequitur hunc sensum & probat etiam sanctus Prosper in Epistola ad Rufinum, & fuse atque ex professo sanctus Fulgentius, itemque sanctus Anselmus ac sanctus Thomas in illum locum. Nec est difficile illi subjectas Apostoli probationes adaptare, Vnus est enim Deus &c. significat enim, ut recte observat ac docet sanctus Anselmus in istius loci commentario, vere Deum omnes velle salvos fieri, quia unus est Deus creator omnium, cuius participatione fieri debent, salvi omnes qui salvabuntur: Vnus & mediator Dei & hominum, qui omnes salvandos uni Deo reconciliet, ut fiant salvi.

Secunda expositio est, quam etiam præformasse videtur sanctus Augustinus, in verbis Apostolicis, intelligendam esse: distributionem non pro singulis generum, hoc est, pro omnibus omnino singularibus hominibus, sed pro generibus singulorum, hoc est, pro omni genere hominum; pro Iudæis & gentibus, servis, & liberis, principibus & privatis, doctis & indoctis, adultis & parvulis, viris ac mulieribus &c. quia ex omni hominum genere aliqui prædestinati sunt, ac salvi fiunt. Omnium etiam,

A ut subjungit Apostolus, unus Deus creator est, omnium & mediator Christus Iesus, ut merito nullum genus hominum desperare debeat. Iuxta quem sensum Augustinus in sermonibus de diversis: Habet hortus ille Dominicus non solum rosas martyrum, sed & lilia virginum; & coningatorum hederas, violasque vulvarum. Prorsus nullum genus hominum de suavocatione desperet: pro omnibus passus est Christus. Veraciter de illo scriptum est: Qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Et in libro de Correctione & gratia luculentius: Hic unum dicam: ita dictum est: Omnes homines vult salvos fieri ut intelligantur omnes præestimari; quia omne genus hominum in eis est, sicut dictum est Pharisæis, decimatis omne olus; ubi non est intelligendum nisi omne quod habebant. Neque enim omne olus quod erat in toto terrarum orbe, decimabant. Secundum istius locutionis modum dictum est: sicut & ego omnibus per omnia placeo &c. Latius explicat ac deducit hunc sensum, in Enchiridio ad Laurentium, ubi cum præmisisset, illum alterum sensum quem jam dedimus sic subjungit: Aut certe sic dictum est: Qui omnes homines vult salvos fieri, non quod nullus hominum esset, quem salvum fieri noller, qui virtutes miraculorum facere noller, apud eos, quos dicit acturos fuisse penitentiam si fecisset: sed ut omnes homines omne genus humanum intellegamus per quascunque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles; sublimes, humiles; doctos, indoctos; integri corporis, debiles; ingeniosos, tardicordes; matres, famulas; infantes, pueros, adolescentes, iuvenes, senes, in linguis omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabiles constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum unde non Deus per unigenitum suum Dominum nostrum per omnes gentes salvos fieri homines velit; & ideo faciat, quia omnipotens velle maviter non potest, quodcumque voluerit? Et ne quis istam expositionem veluti licenter excogitam redargueret, eam contextui sacro congruentem esse, apteque coherentem demonstrat: Præcepit enim Apostolus ut oraretur pro singulis hominibus, & specialiter addiderat: Pro Regibus & iis qui in sublimitate sunt, qui parari poterant fastu & superbia seculari à fidei Christiana humilitate abhorretere. Prævidens dicens: hoc enim bonum est coram Salvatore nostro Deo, id est, ut etiam pro talibus oretur: statim ut desperationem tolleret, addidit: Qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Hoc quippe Deus bonum indicavit, ut orationibus humilium dignaretur subitum præstare sublimitatem. Quod utique iam videmus impletum. Isto locutionis modo, & Dominus est usus in Evangelio, ubi ait Pharisæis? Decimatis mentham & rutam & omne olus. Neque enim pharisæi & quæcumque aliena, & omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant. Sicut ergo hic omne olus, omne olerum genus: ita & illic omnes homines, omne hominum genus intelligere possunt. Quem sentit tangit & probat etiam Fulgentius in eodem loco quem citavimus. Quod sicuti forte neuter præsentis loci commentarius satisfaciatur.

Tertia expositio erit illa, quam Augustinus etiam

Serm. 37. de diversis c. 3.

Lib. de Corrupt. & grat. cap. 13.

In Enchirid. cap. 103.

Ibid.

etiam

etiam pluribus locis tradit, ut Deus dicatur omnes homines velle salvos fieri, quia facit ut sancti homines salutem omnium velint & optent, & orando desiderent, non tantum voluntate signi, præcipiendo ut omnium salutem velint, sed etiam eis hanc ipsam voluntatem, hoc desiderium, hanc sollicitudinem inspirando. Cum enim voluntas Dei de salute hominum sit nobis occultissima, merito istud velle dici potest, quod in amicis & per amicos vult, dum in eis operatur ut velint. Nam ex isto præcepto & inspiratione sanctus Ambrosius de seipso dicit: *Nolumus offendere divites, qui volumus, si fieri potest, sanare omnes.* Et sanctus Paulus de seipso dicit: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.* De quo volendi modo quo Deus dicitur velle, quod in sanctis facit ut velint, præclare disputat Augustinus in libris de Civitate Dei: *Secundum hanc voluntatem quam Deus operatur in hominibus, etiam velle dicitur, quod ipse non vult, sed suos id volentes facit, sicut dicitur cognovisse, quod ut cognosceret facit, à quibus ignorabatur.* Et aliquanto inferius: *Secundum hanc ergo voluntatem, qua Deum velle dicitur, quod alios efficit velle, à quibus nesciuntur futura, multa vult nec facit. Multa enim volumus fieri sancti eius ab illo inspirata voluntate, nec fiunt, sicut orant pro quibusdam pie sanctique, & quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi voluntatem sancto spiritu suo fecerit. Ac per hoc quando secundum Deum volumus, & orant sancti, ut quisque sit salvus, possumus illo modo locutionis dicere, vult Deus, & non facit, ut ipsum dicamus velle, qui, ut velint ipsi, facit.* Iuxta istum igitur loquendi & volendi modum docet Augustinus, explicari posse phrasin Apostolicam qua dicit, Deum velle omnes homines salvos fieri: *Quia ergo nos qui salvi futuri sumus nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem, salvos fieri, velle Deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatem in corde nostro per spiritum sanctum qui datus est nobis; potest etiam sic intelligi, quod omnes homines Deus vult salvos fieri, quoniam nos facit velle. Sicut misit spiritum filij sui clamantem, Abba pater, id est, nos clamare facientem. De ipso quippe spiritu alio loco dicit: *Accipimus spiritum adoptionis filiarum, in quo clamamus Abba Pater. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dicitur est, qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem spiritum recte dixit Scriptura, à quo efficitur, ut clamemus: recte etiam & volentem Deum, à quo efficitur ut velimus.* Secundum hanc explicationem etiam valde continuum erit Apostoli argumentum, quo pro omnibus hominibus orandum esse probat, quia videlicet, id bonum est & acceptum Deo, utpote qui vult omnes homines salvos fieri, id est, vult ut omnium salutem desideremus, non iubendo tantum, sed & operando. Nam ex præcepto & inspiratione talis desiderij recte sequitur, pro omnibus orandum esse ut salvi fiant. Propter cuius explicationis congruentiam, doctissimus D*

Augustino declaravimus. Vt nulla sanè necessitas sit, ad illam Pelagianis omnibus probatam expositionem fugere, quasi omne alioquin effugium interclusum esset.

Nam quod pro ista recentiorum interpretatione, multi veteres proferuntur, non multum ei conciliat auctoritatis. Quid enim juvat, quod istum sensum Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus, atque graeci secuti esse dicuntur, cum Chrysostomus quem sequi solent, ante subortas de divina gratia difficultates, commentarios suos exaraverit, nec ulli imperfectius de gratia quam graeci locuti sint, nec ulla difficultas de gratia magis lubrica sit, quam ista, in cujus intelligentia & ipse Augustinus usque ad Episcopatum hallucinatus est? Quod vero addit Hieronymum, Ambrosium & alios Latinos ibidem commentantes Apostoli locum, partim falsum est, partim capitaliter recentioribus nocet. Nam ille Hieronymus, qui expositionis breves in Epistolas omnes commentatus est, est ipsissimus errorum omnium fons de gratia Pelagius, quemadmodum fule suo loco comprobavimus. Ambrosius vero iste non est Ambrosius, sed multorum similiter errorum Pelagij reus, ut à doctis jam animadversum est. Quod sane recentiores ab illis allegandis & à tali sententia ipsorum tenenda merito deterrere deberet. Alios vero Latinos antiquiores, qui ita locum commentantur, ut Pelagio & recentioribus visum est, necdum ullos videmus. Nam inter antiquos sanctus Remigius duas priores Augustini expositiones ad amissum secutus est. Ita & Beda, sanctus Anselmus, sanctus Thomas in commentariis istius loci. Qui adjungitur sanctus Athanasius libro tertio de assumptione hominis, nihil hujusmodi toto libro tractat Prosperum libro secundo de vocatione gentium capite decimo nono & vigesimo quinto, non intelligit. Veram ejus mentem alibi declaravimus. Quod autem ad extremum additur: *Maxime vero Damascenus libro secundo de fide orthodoxa capite vigesimo nono.* Virus Thoma prima parte quaestione decima nona articulo sexto, & tertio contra gentes capite centesimo quinquagesimo nono, non satis mentem eorum affectus est. Nam sanctus Damascenus nihil aliud eo loco docet, quam quod libenter amplectimur: duplicem in Deo esse voluntatem, antecedentem, quam & primariam dicit, & consequentem: quas ita exponit, ut primariam quidem Deus bonitate praesians, omnes homines servari, ac regni sui compotes esse velit (noque enim supplicij ac cruciatu causa, verum effluxit:) ut iustus autem, hoc est, voluntate consequente, is quoque qui peccant, poenam inferri nihil minus velit. Quibus verbis antecedentem seu primariam voluntatem vult esse bonitatis, quam Deus videlicet ex seipso in creaturis condendis concipit, consequentem vero seu secundariam iustitiam quam propter superinductas ab hominibus circumstantias habere compellitur. Sic enim alibi semetipsum explicat. Hæc vero doctrina recta & sana est quam & sanctus Thomas probat & sequitur & compa-

ib. 8. in
amante
11. Za hæc
1. Cor. 9:

Lib. 22. de
Civit. c. 1.

Ibid.

Ibid.

Lib. de corr.
& grat. 15.

Quintil.
Eflim in il-
lum lo. um

Franc. Sa-
lib. 4. de
predic. c. 1.
n. 5.

Sauret. dil.

Fidelib. de
Hæres. Pel.
sua doctrina
multum Pel.
jussim.

Assensu
a. d. y. d. p.
c. 1. a. u.
ind.

Ibid.

Damas. li
2. de ortho-
doxia
c. 1. 1. 1.

Proff. in Ep.
c. 1. 1. 1.
ratione

ratione Iudicis explicat, qui ex se homines servati cupit, quatenus homines sunt, quatenus autem peccatores absolute damnari. Significat ergo Damascenus voluntatem quam Deus ex se concepit quando humanum genus instituit, quæque omnia peccata hominis ante essit, fuisse bonitatis, ut homo gratiæ salutaris felicitatisque particeps fieret. Nam idcirco addidit: *Neque enim supplicij ac cruciatum causa, verum ad hoc ut bonitatis ipsius particeps simus, nos effinxit.* Voluntatem autem consequentem esse iustitiæ, qua peccatores diversis supplicijs plesti vult ac iubet. Sed talis antecedens voluntas, quamdiu res sine accessorij circumstantijs consideratur, aliquid ad causandam gratiam sufficientem, aliaque media necessaria procurandæ saluti facit, utpote ex qua gratia primorum hominum sufficiens fluxit. Sed postquam peccata jam ab hominibus ind.aa considerantur, antecedens voluntas in sola præcisione mentis, adeoque nuda quadam velleitate nihil omnino gratiæ causante consistere potest. Quod ex eo manifestissime patet, quia talem antecedentem voluntatem etiam erga damnatas creaturas sive hominum sive Angelorum Deus habet. Quia non obstantia sicut potest consequente voluntate iustitiæ, Angelos omni gratia sufficiente & salute ipsolite, excæcare, obdurare, damnare; ita non obstante eadem antecedente voluntate, quibusdam hominibus originali labe damnatis, consequente voluntate iustitiæ, gratiam sufficientem, fidem, iustitiam, salutem, & felicitatemque negare potest, volque nolle salvos fieri. Sic enim & Iudex præcisione intellectus, & inde subnascente quadam velleitate, quæ nihil operatur, vult hominem esse salvum, quem tamen propter homicidium, omnibus assequendæ salutis remedijs ipsaque vita privata, quam voluntatem antecedentem propterea Ecclesia Lugdunensis in eruditissimis illis libris quos tempore Concilij Valentini de quibuldam articulis prædestinationis & gratiæ exaravit, vocat *voluntatem bonitatis creatoris,*

A quia neminem Deus creavit ut perderet, quamvis iudicij aequitate velit, ut pereat. Nihil omnino igitur doctrina Damasceni de antecedente salutis omnium voluntate recentioribus prodest, ut quæ optimè cum negandæ salutis & gratiæ sufficientis voluntate consistit. Nisi forte & Angelis & hominibus damnatis, antecedente voluntate salutis, gratiam sufficientem aliaque redemptionis instrumenta suppeditari & erogari putent.

Quantum vero ad illum locum, quem obijci quoque video, *Nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti,* difficultate caret. Præcessit enim, *Non tardat Dominus promissum suum, de adducendo iudicij die, eum differendo diutius quam oporteat, sed patienter agit propter vos,* hoc est, propter electos. Nam Apostoli & Ecclesiastici Scriptores compellere solent auditores suos, quali omnes electi essent, quod facile multis exemplis posset explicari. Nam & inde est, quod in ipso exordio Epistolæ suæ primæ sanctus Petrus dicit; *Petrus Apostolus electis adveniens dispersionis,* ad quos eodem se testatur & secundam Epistolam scribere, hoc ipso tertio capite ex quo de prompta est objectio. Itaque patienter Deus agit, adventum suum differendo propter vos, hoc est, propter electos, ne quiquam eorum pereat, qui per penitentiam ad Deum convertendus, & in societatem iustorum colligendus est. Quomodo & Paulus dicit, *omnia se sustinere propter electos, ut ipsi salutem consequantur.* Nam si Deus præstitutum iudicij tempus anticiparet, perirent aliqui electorum, quos perire non vult; sicut è contrario, propter electos breviantur dies tribulationis extremæ, ne magnitudine oppressi pereant. Itaque simili sensu hic dictum est, *Nolens aliquem perire, scilicet electorum.* sicut apud Matthæum dicit Christus: *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis* hoc est, electis. Sensus alios istius loci, non est dissimile ex præcedentibus exculpere, sed unus iste & clarus est, & genuinus, & sufficiens.

CAPVT XXI

Quomodo Christus sit redemptor omnium, pro omnibus crucifixus & mortuus.

Sed aliud argumentum pro gratia sufficienti omnium proferri solet, quia Christus est redemptor omnium, juxta illud primæ ad Timotheum secundo capite: *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Nec enim redemptio omnium ullo modo videtur esse posse, nisi gratiam saltem sufficientem omnibus præparaverit. Quomodo enim est omnium redemptor, ut ait quidam, si non peperavit omnibus auxilium quo possint liberari?

Respondetur & hoc argumentum, sicut omnia præcedentia, jam olim ad nauseam ulque à Pelagianis, præsertimque Massilien-

A sibus inculcatum fuit, ut mirum sit recentiores tanto studio trita hæreticorum arma colligere, & obsoleta recudere. Quin potius nihil mirum, si ad eundem scopum collimantes eodem eadem via pervenire contendunt. Cum enim Massilienses divine benevolentie propositum erga quosdam subvertere, ac penitus ex hominum animis tollere conarentur, tanquam Gentilium fatum, libertatis excidium, necessitatis azylum, desperationis ignavieq; barathrum, præcepti, exhortationis, correptionis, orationis interitum, deniq; tanquam quo dux partes, dux masse, dux nature insania plusquã manichæa inducerentur, quemadmodum fusc-

R

demon-

Vide lib. 7.
de Hæresi
Pelag. à cap.
5. usque ad
18.

demonstravimus, tanquam firmissimam basi errori suo collocarunt ista Scripturæ loca, quibus Deus dicitur omnes velle salvos fieri, atque esse redemptor omnium. Nam inde fabricarunt, primo adversus illud peculiare & rigidum propositum Dei, quandam generalem & indifferentem erga universos voluntatem: deinde ex illa generali voluntate salutis omnium, vocationem quoque generalem, sufficientemque omnibus gratiam derivarunt; quam qui veller, arripere aut abijceret, atque operationem ejus, consentiendo aut dissentiendo, fructuosam aut cassam redderet, pro suæ liberæ arbitrio voluntatis. Ita generali istâ voluntate Dei & gratiâ sufficienti velut basi jacta, totam divini propositi & prædestinationis efficaciam, totam hominum discretionem ad humanum arbitrium revocabant, ut subversâ illius propositi dicitur atque incertitudine, in placidissima propriæ voluntatis libertate, pro libitu suo oblata gratia utentis aut non utentis conquiescerent. Hic scopus Massiliensium ipsissimus fuit, ut accurate suo loco ex ipsis fontibus comprobavimus, & ipsissimus quoque multorum recentiorum. Ut nihil mirum eis videri debeat, si idem ipsidem morbis præparemus antidotum, hoc est, si ipsidem argumentis quibus Massilienses usi sunt, eadem Augustini & Prosperi solutiones opponamus.

Ibidem fere
omni libro.

Respondeo igitur, quando Christus ab Apostolo dicitur redemptionem semet ipsi. in dedisse pro omnibus, in cruce videlicet pro omnibus moriendo, ab aliquibus intelligi, quod se dedit redemptionem, seu ἀντίδοτον, id est, pretium pro omnibus omnino sufficienter, quia sufficiens pretium obtulit, non tamen pro omnibus omnino efficienter, quia non omnibus applicatur ista redemptio: idque juxta regulam à sancto Prospero diversis in locis traditam, ut ad objectionem primam Vincentianam: Quod ad magnitudinem & potentiam præty,

Et quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc seculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranserunt redemptionis alieni sunt. Cum itaque propter unam omnium naturam, & unam omnium causam à Domino nostro in veritate susceptam, recte omnes dicantur redempti, & tamen non omnes à captivitate sint eruti, redemptionis proprietates haud dubie penes illos est, de quibus princeps mundi missus est foras, & tam non vasa diaboli, sed membra sumi Christi. Et interjectis nonnullis: Poculum quippe immortalitatis, quod consecutum est de infirmitate nostra, & virtute divina, habet quidem in se, ut omnibus proficit: sed si non bibitur non medetur. Quibus consentanea loquitur in responsionibus ad Capitula Gallorum: Cum itaque rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanam naturam susceptionem, & propter communem in primo homine omnium perditionem: potest tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit. Et in sententia nona responsionis præcedentis recapitula-

Respon. ad
cap. Gallor.

toriam: Qui dicit, quod non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus, non ad SACRAMENTI VIRTUTEM, hoc est, sufficientiam ac potentiam, sed ad infidelium respicit partem: cum sanguis Domini nostri IESU Christi pretium totius mundi sit: a quo pretio extranei sunt, qui aut delectati captivitate, redimi noluerunt, aut post redemptionem ad eandem sunt servitutem reversi. Cui conformiter dicere Scholastici solent, Christum omnes redemisse sufficienter, non efficienter. Solutio ista facilis est, ex qua nullo modo sequitur, sufficiens adiutorium omnibus ex tali redemptione omnium esse præparatum.

Sed quia in istis verbis aperte proficitur Prospero, redemptionis proprietatem haud dubie penes illos esse qui sanctificantur in sanguine Christi; & quia ipsa phrasîs qua quis dicitur se pro aliquo redemptionem dare, præ se ferre videatur redemptionem, ex redimentis animo, in usum ac liberationem captivorum offerri ac dirigi, quæ oblatio ac directio Christi inanis esse non potest: & quia alioquin etiam pro demonibus se dedisse redemptionem dici posset, quibus redimendis sine dubio pretium sanguinis ejus est sufficiens: ac denique quia Prospero antiquior ac doctior Augustinus, nunquam in scriptis suis fatetur, Christum pro omnibus, nullo excepto, se dedisse redemptionem, vel crucifixum esse, vel mortuum; sed tantummodo pro illis, quibus mors ejus profuit, qui certo modo multi & omnes sunt, hinc genuinè,

verèque respondemus, Christum dici se dedisse redemptionem pro omnibus, hoc est, pro universis sua Ecclesia toto orbe dispersa, & consequenter pro omnibus hominum generibus, regibus privatis, nobilibus, ignobilibus, &c. prout superiori capite ex Augustino declaravimus; itemque pro omnibus, hoc est, pro hominibus omnium nationum, linguarum & gentium, Iudæis videlicet ac gentilibus, ex quibus congregatur universus populus Dei, secundum illud Apocalypsicis: Redemisti nos Deus in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione. Simili universalitate dicit sanctus Ioannes in Epistola sua prima: Et ipse est propitiarius. seu hostia propitiatoria Dei Patris pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi, hoc est, non pro nostris tantum, quibus istam Epistolam scribo, sed pro universo populo fidelium seu Ecclesia toto orbe dispersa; vel, quod in idem redit, non pro nostris tantum Iudæorum, sed etiam Gentilium, ex quibus una constituitur toto mundo fidelium Ecclesia. Sic enim tradit diversis locis Augustinus, ut Tractatu octogesimo septimo in Ioannem, cum illa verba exponeret: si de mundo esset, mundus quod suum erat à heretico, ita loquitur: Univerſa utique hoc dicit Ecclesia, quem plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat; sicut est mundus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Itemque illud: Non venit solum hominibus ut iudicaret mundum, sed ut salvaretur mundus per ipsum. Et in Epistola sua Ioannes ait:

Aug. Tract.
87, in loc.
Ipc. pra-

Iste propitiator est peccatorum nostrorum: non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi. Totus ergo mundus Ecclesia est, & totus mundus odit Ecclesiam. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatum saluatim, inquinatum mundatum. Et illum ipsum locum sancti Iohannis exponens, quo IESVS dicitur propitiatio pro peccatis totius mundi: Quid est hoc, inquit, Fratres? Certe invenimus eam (Ecclesiam in campis saltuum (id est sylva) invenimus Ecclesiam in omnibus gentibus. Ecce Christus propitiatio est peccatorum nostrorum, sed & TOTIVS MUNDI. Ecce habes Ecclesiam per totum mundum: noli sequi falsos iustificatores & veros precipitatores. In illo monte esto, qui impie vit orbem terrarum: quia Christus propitiatio est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed & TOTIVS MUNDI quem fuisse sanguine comparavit. Et Tractatu quinto in eandem sancti Iohannis Epistola, allegando diversas acceptiones mundi, ut significet in malo, dilectores mundi; in bono vero, vel celum & terram, vel plenitudinem terra, quo significat Augustinus Ecclesiam non unius regionis, ut Africae juxta Donatistas, sed omnium gentium: Mundus, inquit, est plenitudo terra, sicut dixit ipse Iohannes non solum aium nostrorum propitiatio peccatorum est, sed & totius mundi. Mundi dicit omnium FIDELIVM PER ORBEM SPARSORVM. Ex quibus clarum est non aliter Augustini iudicio Christum se redemptionem pro omnibus dedisse, seu propitiationem esse pro peccatis totius mundi, nisi quia pro peccatis omnium fidelium, ex quibus una Catholica constituitur Ecclesia, redemptio atque propitiatio est. Nec in universis Augustini operibus, nisi fallor, locus est, ubi doceat Christum pro peccatis infidelium in infidelitate permanentium esse propitiationem, vel pro illis se dedisse redemptionem. Contrarium vero non semel significavit. Nam quoddam loco in Tractatibus in Iohannem: Qui ita considerat Christum Deum, ut hominem neget, nec pro illo mortuus est Christus. Et alibi discrimen ponens inter Iudam & ceteros Apostolos, quod pro his Dominus esset moriturus, non pro illo: Tota illa eius passio, inquit, nostra purgatio est, passus igitur exita, prae misit obsequia: non solum enim pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi, qui fuerat eum traditurus ad mortem. Et alio in loco docet pro illis tantum esse passum Dominum, quos passione sua oves fecit: Omnes fecit suas oves, pro quibus est omnibus passus: quia ut ipse pro omnibus pateretur, ovis est factus. Et Tractatu quadragesimo septimo: Fecit ipse etiam suorum sanguinem pretiosum, pro quibus dedit sanguinis pretium.

Quam doctrinam sanctus Augustinus ex sacris litteris videtur didicisse, quae frequentissime inculcant, Christum pro fidelibus suis, ovibus suis, populo suo salvando mortem subisse: Animum, inquit, meam pono pro ovibus meis. Et alibi: Redemptionem misit Dominus pro populo suo. Et Angelus ad sanctum

A Ioseph: Vocabis nomen eius IESVM: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Unde & ipse Dominus indicans, pro quibus omnibus se redemptionem obtulerit, ait: Exaltari oportet filium hominis, ut omnia, qui credidit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et hos ipsos esse totum mundum seu omnes, pro quibus se redemptionem dedit, satis indicat dum subiungit: Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, pro eo videlicet redimendo. Et quis iste mundus pro quo Filium suum unigenitum dedit? Iste omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et Apostolus Paulus in Epistola ad Ephesios: Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret, mundans lavacro aqua in verbo vitae.

Quae sane cum considerasset ab octingentis circiter annis Remigius Archiepiscopus cum sua Ecclesia Lugdunensi, in illis et editis libris quos de tenenda Scriptura veritate scripsit, ex professo docet, Christum fidei Ecclesiam passione sua redemisse, nullo vero modo pro illis infidelibus, qui per quatuor annorum millia ante adventum Salvatoris in carnem, in infidelitate sua mortui atque damnati sunt, vel alijs similiter post ejus adventum in sua infidelitate perseverantibus passum esse: Catholica, inquit, fides tenet, & Scriptura sancte veritas docet, quod pro omnibus credentibus, & per gratiam Baptismi ex aqua & spiritu sancto regeneratis & Ecclesiae incorporatis vere Dominus & Salvator noster sit passus. De infidelibus vero eadem constantia desinit. Ceteris haec nova & inaudita praesumptio, ut nullus hominum etiam impiorum & apud inferos irrevocabiliter damnatorum fuerit, pro quo Christus passus non fuerit. Cum pro solis illis defunctis passionem sustinuerit, qui eum dum in corpore viveret, fideliter venturum & mundum sui passionem redempturum crediderunt. Hoc itaque est Catholicum, hoc fidei Ecclesiae ab initio commendatum. Et utramque partem iterum inferius tangens ac disputationem prolixiorem concludendo completens: Ex his igitur omnibus, inquit, illigent ac fideliter consideratis, certissime & clarissime ostenditur, pro omnibus fidelibus Christi, qui fuerunt aut sunt, vel erunt, factum esse passionem Christi, pro corpore Christi immolari corpus Christi: De his vero qui adhuc in infidelitate atque impietate detinentur, manifestum est ex hac regula fidei, quod quicumque ex ipsis per Dei gratiam fuerint ad fidem conversi, & in Christo regenerati, etiam pro ipsis confitendum sit, factum esse quod pro omnibus fidelibus factum constat. De ceteris vero qui in ipsa infidelitate atque impietate sua perseverantes sunt perituri, si de Scriptura sancta auctoritate quod etiam de talibus Dominus passus sit, certissime & clarissime testimonij non in demonstrare poterint boni viri, qui talia desinuerunt, dignum omnino est ut credamus & nos. Si vero non poterint, cessent contendere pro eo quod non legunt. Pudeat eos desinere quod nesciunt & timeant statueri quod nullum sanctorum Patrum Concilium, nullum Apostolica Sedes

Matth. 1.
Ioh. 3.
Ibid.
Ephes. 5.
Eccles. Lugdunensis.
in libro de tenenda Scriptura.
Auctario Biblioth. SS. Patrum tom. 2.
Ibid.



lica Sedis Pontificum, nullam Ecclesiasticorum dogmatum decretum hactenus inveniunt statuisse. Quam doctrinam non minori asseverantia in alio libro de tribus Epistolis exarato tradit. Distinguit enim tres ordines eorum, pro quibus se Christus redemptionem dedit. Primum eorum qui prædestinati etiam fide baptismoque sanctificati sunt. Secundum eorum, qui similiter sanctificati in suscepta Dei gratia non perseverando pereunt. Tertium eorum qui adhuc in posterum cum duplici isto discrimine, sive perseverando sive non perseverando, credituri sunt, divinamque gratiam donandi. Quartum infidelium in infidelitate mortuorum aut morientium aut moriturorum, pro quibus verissime, inquit, credimus, & verissime novimus, quod nunquam Dominus passus, nunquam mortuus est, nec ad eos salvandos ulatenus venit, nec pro eis pretiosum sanguinem fudit. Non quod ullo pacto negatum velit pretium illud infinitum, non esse sufficiens ad redemptionem omnium omnino infidelium, imò etiam demonum omniumque damnatorum, sed quod esse passum, crucifixum, mortuum, se redemptionem dedisse, vel propitiatorem esse pro omnibus, plus aliquid dicat, quam nude pretium sufficiens obtulisse, quod ipsi applicari nolit. Illud enim indicat, intentione morientis pretium pro illis oblatum esse, ut ejus oblatione placatus pater eos re ipsa de servitute liberaret, non sub illa conditione, si ipsi velint, qui nisi Deo donante velle non possunt, sed ut velint & credant potenter in eorum voluntatibus operando.

Quapropter Concilium Valentinum, eodem plane tempore quo eruditissimi illi libri scripti sunt, in Gallia celebratum, cum illius doctrinæ soliditatem perspexisset, eam tanquam Catholicæ fidei sanctionem definit. Nam capite quarto: Item, inquit, de redemptione sanguinis Christi, propter nimium errorem, qui de hac causa exortus est, ita ut quidam, sicut eorum scripta indicant, etiam pro illis impijs, qui à mundi exordio usque ad passionem Domini in sua impietate mortui, & æterna damnatione puniunt, effusum desinunt, contra illud propheticum: Ero mors tua ò mors, ero mortuus tuus inferne: illud nobis simpliciter & fideliter tenendum ac docendum placet, iuxta Evangelicam & Apostolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus, quibus ipse Dominus noster dixit: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non percat, sed habeat vitam æternam. Et capite quinto uberius declarat, fideles omnes baptismo sanctificatos in sanguine Christi redemptionem assequi, sive accepta redemptione perseverent sive ab ea excidentés sanguinem Testamenti pollutum duxerint, in quo sanctificati sunt. In quibus capitibus ad amissam totam illam doctrinam quam hic tradimus ex Augustino, & ex Ecclesiæ Lugdunensis libris confirmavit, ac tanquam Catholicam approbando definit: Scriptoresque qui contraria etiam

A in Concilio quorundam fratrum suscepta, libris exaratis sparserant, tanquam nihil, noxia erronea propinantes improbat, & à pio auditu fidelium penitus expulsi. Quis autem Scriptorum istorum Conipheus fuerit (nempe Hinemarus Archiepiscopus Rhemensis) & quantopere in proscribendis quibusdam articulis tanquam hæreses Prædestinationis dogmatibus aberraverit, cum eos Catholica fides tanquam vel vera, vel à Patribus tradita veneretur, latius in fine dogmatum Semi-Pelagianorum diximus.

Ex quibus omnibus jam satis arbitror patere, argumentum istud quo Christus pro omnibus passus & mortuus, vel redemptionem se pro omnibus dedisse dicitur, nihil omnino pro auxilio sufficienti omnibus nemine excepto, suppeditando facere. Nec enim iuxta doctrinam Antiquorum, pro omnibus omnino Christus passus aut mortuus est, aut pro omnibus omnino tam generaliter sanguinem fudit, cum hoc potius tanquam errorem à fide Catholica abhorrentem doceant esse respiciendum. Omnibus vero illis pro quibus sanguinem fudit, & quatenus pro eis fudit, etiam sufficiens auxilium donat, quo non solum possint, sed etiam re ipsa velint & faciant, id quod ab eis volendum & faciendum esse decrevit. Nam per illa occultissime iusta & iustissime occulta consilia sua, quibusdam hominibus dare prædestinavit fidem, charitatem, & in ea perseverantiam usque in finem, quos absolute prædestinatos electos & salvandos dicimus; alijs charitatem sine perseverantia, alijs fidem sine charitate. Pro primi generis hominibus, tanquam veris ovibus suis, vero populo suo tanquam absolute salvando, semet-ipsam dedit, ac tradidit; pro istorum peccatis omnibus omnino delendis, & æternæ oblivione sepeliendis propitiatio est; pro istis in æternum vivificandis mortuus est; pro istis ab omni malo liberandis rogavit patrem suum, non pro ceteris, qui à fide & charitate deficientes in iniquitate moriuntur. Pro his enim in tantum mortuus est, & in tantum propitiatio peccatorum est, & in tantum rogavit patrem, in quantum temporalibus quibusdam divinæ gratiæ effectibus exornandi sunt. Cum enim non possit esse inanis oblatio mortis, & propitiatio, & orationis Christi, qui de seipso dicit: Ego sciebam quia semper me audis. Et Apostolus Paulus, quod exauditus est pro sua reverentia, fieri quoque non potest, ut pro quo sanguinem fuderit Christus & mortuus fuerit, & rogaverit patrem suum, eam ob causam ut sanguis suus propitiatio peccatorum ejus fieret, non assequatur illius mortis, & propitiatio, & deprecationis effectum: Effectum vero in istis jam dictis non assequuntur alium, nisi temporalis fidei, aut charitatis, sive perseverantiæ; eatenus igitur, & non aliter, pro illis Christus mortuus est & sanguinem fudit, & propitiatio peccatorum est, &

Vide lib. 1.
de heresi Pelag.
lib. 1. ubi.

Joan. 11.
28. ubi.

Concilium
Valentinum
cap. 4.

est, & rogavit patrem suum, ut videlicet illos temporales effectus propitiationis, hoc est, mortis, & sanguinis, & orationis consequantur. Quæ respiciens sanctissimus & profundissimus Doctor, cum adversus Iulianum tractaret illum Apostoli locum, quo Christus pro omnibus mortuus esse dicitur; Illi ergo vivunt, inquit, pro quibus, ut vivant, mortuus est, qui vivebat. Quod apertius ita dicitur: Illi sunt a mortis vinculo liberi, pro quibus mortuus est inter mortuos liber. Vel sic multo apertius: Illi sunt liberati a peccato, pro quibus mortuus est qui nunquam fuerat in peccato. Per quæ significat fieri nullo modo posse, ut Christus pro aliquo mortuus sit ut vivat, quin ille vitam assequatur. Nam pro aliquo mortuum esse vel fuisse sanguinem suum, insinuant voluntatem Christi quam habet, ut ei mors sua patri oblata & sanguis prosit. *Omnipotens autem velle maniter non potest quodcumque voluerit. Proderit igitur illi necessario Christi sanguis & mors, pro quo sanguinem illum fuderit & mortuus fuerit: Et cui nullo modo prodest, pro illo nec sanguinem fudit, nec mortuus fuit; eatenus autem prodest quatenus prodesse voluit, qui aliquid inaniter velle non potuit; ut credat quidem vel ut justificetur, vel ut perseveret atque salvetur, si pro illo ut credat, vel ut justificetur, vel ut perseveret atque salvetur mortuus fuerit.*

Cum igitur utilitas illa mortis & passionis & redemptionis valde exigua sit, qua quispiam temporaliter tantum ab infidelitate per fidem, aut ab iniquitate per iustitiam defectu perseverantiam redimitur; & huiusmodi instabilis & imperfecta sanctificatio, potius aliis quos elegit Deus ante constitutionem mundi, quam illis ipsis qui accipiunt eam temporaliter prosit; hinc fit, ut proprietatis quoque redemptionis & propitiationis istis electis & re ipsa salvandis maxime competat, & pro illis etiam plerumque Christus absolute mortuus fuisse, & sanguinem fuisse, aliavè redemptionis beneficia facile dicatur. Quod usque adeo in ipsius doctrina verum est, ut passim omnes locutiones *secundum litterarum quæ quandam universitatem effectuum passionis, aut mortis, aut redemptionis aut divinæ gratiæ insinuant, ad solos prædestinatos revocet ac restringat.* Nempe quia ipsorum liberationem ex massa perditionis & salutem absolute voluit, reliquorum eatenus dumtaxat, quatenus aliquo temporali sanctificationis gustu non nihil ex ista salute & liberatione participant. Hinc illud in Epistola quadragesima octava: *Christus propitiator est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed totius mundi, propter iustitiam, quod est per totum mundum.* Hoc est, locus ille verus est propter prædestinatos, qui totus mundus dicuntur, quia per totum mundum seminati sunt & crescunt inter zizania usque ad messem, quemadmodum in eodem loco fuisit doctus. Et in libris de Civitate Dei, id quod Apostolus dicit: *Conclusit omnes in*

infidelitate, ut omnium miseretur, ad solos prædestinatos limitat: Quid est omnium? Et eorum scilicet, quos ex gentibus & eorum quos ex Iudeis prædestinavit, vocavit, iustificavit, non omnium hominum. Et in alio libro: *Vnde Apostolus de ipsis in illud regnum prædestinatis loquens: Qui proprio, inquit, filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Et in Tractatibus in Ioannem de eodem loco: *Quibus nobis? Præscitis, prædestinatis, iustificatis &c.* Ecce illum ipsum locum, quo pro omnibus Christus traditus asseritur, de prædestinatis omnibus intelligendum, ex Apostoli mente confirmat. Et in libris contra Faustum satis manifestè locum illum Apostoli, quo *unus pro omnibus mortuus dicitur, de solis quoque beatæ resurrectione salvandis videtur intelligere: Itaque eorum, inquit, pro quibus Christus mortuus est, & resurrexit, & qui iam non sibi sed illi vivunt, neminem secundum carnem Apostolus noverat.* Et illud Psalmi: *Erigit omnes discos, Exponens; Omnes, ait, ad se pertinentes; per quos, electos intelligit.* Et in illo Christi Domini: *Omnia traham post me, seu ad me, ut in vulgato Textu legitur: Si omnia, ipsi homines intelligend: sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere. Ex quibus omnibus ait nihil esse periturum, cum supra de suis ovibus loqueretur.* Ex exponens pro quibus Deus miserit Filium suum: *Ergo & hic misit Deus Filium suum, propter præscitos & prædestinatos, vocandos, iustificandos, glorificandos.* Et aperiens quæ sint oves domus Israël quæ perierint, & ad quas querendas Christus venit, & pro quibus crucifixus oravit: *Christus Iesus ad gentem Iudæicam venire debuit videndus, occidendus & lucrandus eos inde quos ante præscivit, qua phrasi Apostolica prædestinatos intelligit, quos non semel in scriptis suis præscitos vocat: & hoc ipsum ex sequentibus patet: Non enim damnata illa plebs est, sed ventilata. Ibi erat palea multitudo, ibi granorum occulta dignitas. Ibi quod incendebatur, ibi unde horreum repletur.* Et paulo inferius oves vitas ad quas venit Christus describens coloribus suis accuratius. *Et erat, illis, inquit, sicut scriptum est, anima una & eorum in Deum.* Ecce oves de quibus dixit: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* Illis enim exhibuit præsentiam suam: pro illis in se savientibus crucifixus orabat dicens: *Pater ignosce illis &c.*

Et ne quis forte suspicaretur, ita phrasæ huiusmodi affirmativas de prædestinatis intelligendas esse, ut tamen alij iusti qui de beato illo numero non sunt, non excludantur, non uno in loco invertit istiusmodi locutiones, ita ut eas negativè efferendo dicat Christum pro ceteris qui non fuerint prædestinati, non esse mortuum, non orasse, non semetipsum dedisse redemptionem. Hoc enim in Epistola ad Evodium sine ulla ambiguitate pronuntiat: *Non perit unus ex illis pro quibus mortuus est Christus.* Quod si nullus ex illis perit, pro quo Christus mortuus est, profecto quisquis perit, sive aliquando iustus fuerit, sive non iustus,

lib. 2. de Civitate Dei, c. 15.

lib. 2. de Civitate Dei, c. 15.

lib. 2. de Civitate Dei, c. 15.

Lib. 2. de Civitate Dei, c. 24.

Lib. 2. de Civitate Dei, c. 24.

Tract. 45. in Ioan.

2. Cor. 5.

lib. 11. contra Faust. c. 8.

In Ps. 144.

Tract. 52. in Ioan.

Serm. 6. de verb. Apost. c. 8.

Serm. 74. de temp. c. 2.

Serm. 34. de temp. c. 3.

Epist. 102. Evodium.



infra declarandum est, hinc fluxit, ut passim in scriptis suis Augustinus oblationem sanguinis & mortis & orationem Christi, ferè ad solos electos restringere soleat. Quemadmodum jam abunde declaravimus. Hinc etiam fluxit id de quo supra jam fufius disseruimus, quod nunquam locum illum Apostolicum, *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ad omnes omnino homines extendi passus fuerit, sed semper ita (quamvis per diversas interpretationes) intelligendum esse contenderit, ut in solis prædestinati effectum suum voluntas illa sortiretur. Quod quidem tanta docuit securitate atque vehementia, ut qui locum de omnibus omnino hominibus exponeret generaliter, dicat *non intelligere omnino qua locutione* hoc ab Apostolo dictum fuerit. Sicut ergo non voluit voluntatem Dei ad salutem omnium omnino hominum extendi, sed illorum dumtaxat, qui ex omni gente & lingua, ex omni hominum genere prædestinati sunt, ita nec voluit effectus istius voluntatis, hoc est, mortem sanguinem,

redemptionem, propitiationem, orationem Christi ad omnes homines dilatari, sed vel ad solos illos qui prædestinati sunt, quatenus pro æterna & totali eorum salute offeruntur; vel certe aliquatenus quoque ad illos qui ratione temporalis fidei aut charitatis, effectus aliquos redemptionis & propitiationis assequuntur. Nam illa extensio tam vaga modernorum scriptorum non alio ex capite, quam ex ista generali & indifferenti voluntate Dei erga salutem omnium, & ex illa sufficientis, gratiæ omnibus conferendæ preparatione fluxit; quorum utrumque Augustinus, Prosper, Fulgentius, & antiqua Ecclesia velut machinam à Semi-Pelagianis introductam repudiavit: eo quod non alia ex causa excogitata esset; quàm ut Deo erga quoslibet indifferenter se gerente, & arbitrio, velut in innocentie statu, per sufficientissimam gratiam ad æquilibrium redacto, tota discretio hominum, ultimo ex hominibus, hoc est, ut olim Prosper dixit, *ex fonte Carm. de ingrat.* volendi peteretur.

FINIS.



R 4

CORNE